μοδος, ἅτε ὡς μὲν τοῦ δήμου κήδεσιν, μή τι καὶ περὶ αὐτῷ νεωτερίσειεν, ὅμως δὲ παρειμένον αὐτὸν τῷ οἰκείῳ, κατελθὼν ἐς τὸ ἄστυ, μετὰ πάσης ἀφθονίας τε καὶ θεραπείας

occisum viderent pro quo decertabant, iram quoque Imperatoris formidabant, cui verba data nihilque non factum contra illius sententiam compererant. Populus contra satisfactum sibi autoris supplicio putabat. Sed & liberi Cleandri (binos enim virilis sexus habebat) & quotquot illius amici fuerant, ad vnum omnes contrucidati: tractaque per vrbem cadauera & contumelioſissime habita, postremo in cloacas abiecta. Hæc finis Cleandri fatorum fuit, quasi in vno velut ambitioſius ostentaret natura (vt sic dixerim) humana, posse ex infimo loco ad supremum fastigium euehi hominem, atq; euectum, dein rursum deturbari, quamlibet exiguo atque insperato fortunæ momento. Cæterum Commodus, tametsi verebatur, nequid fortasse populus etiam contra se noui moliretur, tamen suadentibus amicis in vrbem reuersus est, ac lætis acclamationibus magnoque co-

mitatu

mitatu exceptus, in aulam principalem se contulit. Enimuero ex illo, tot aditis iam periculis, cœpit nulli satis confidere, sed occidere hunc atque illum, nulli non calumniæ fidem accommodans. Ad hæc, neminem cui virtus vlla esset, amicum sibi adiungebat, sed à cunctis æque rectis studiis animum auocauerat. quippe quem die noctequè aliæ ex aliis effrænæ corporis voluptates grauissimo seruitio premebant: neminemque non ab limine, velut insidiatorem submouebat, quemcunque aut probitas aut disciplina vlla etiam mediocris illustraret. Scurræ vero, & qui turpissima quæque repræsentabant, quasi addictum sibi habebant. Aurigando etiam bestiisq; conficiendis supra modum exercebatur: ob quæ studia adulatores cum fortitudinis gloria celebrabant: quare illa minus decore tractabat, quam modesto principi conueniebat.

τὸν δήμου ὑποδεχθεὶς, εἰς τὸ βασίλειον ἐπανῆλθεν αὐλικόν.
14 περιφθεὶς ὃ τοσούτων κινδύνων, ἀπίστως πρὸς πάντας διέκειτο, καὶ φόβου πάσης ῥᾳδίως ἁπτόμενος, μηδένα πρὸς ἑαυτὸν ἀφικνεῖσθαι ἐῶν μηδὲ τῷ λόγῳ ἀξιοῦν· ἀλλὰ τὸν μὲν πρὸς τὰ καλὰ πάντα τῆς ἀπιστίας ἐλευθερώσας ἑαυτόν, ἐδεδούλωτο ὑπὸ πάσαν αὐτὸν τὴν ψυχικὴν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπάλληλοι καὶ ἀκόλαστοι σώματος ἡδοναί. καὶ σώφρων μὲν πᾶς καὶ παιδείας κἂν μετρίως μεμυημένος, τῆς αὐλῆς ὡς ὀπίβελον ἐδιώκετο· γελωτοποιοὶ δὲ καὶ τῶν αἰσχίστων ὑποκριταὶ εἶχον αὐτὸν ὑποχείριον. ἁρμάτων τε ἱππείων ἐξ αἰτήσεως μάχας ἐπαιδεύετο. τῶν μὲν κολάκων εἰς ἀνδρείας δόξαν αὐτὰ ὑμνούντων· τὸ δ' ἀπρεπέστερον μετὸν καὶ βασιλεῖ σώφρονι ἥρμοζεν.

14. EXtitere ea tempestate etiam quædam in cœlo prodigia. Stellæ enim per diem perpetuo apparue-

1 ΕΓένοντο δέ τινες κατ' ἐκεῖνο καιρὸν καὶ διοσημίαι. ἀστέρες γὰρ ἡμέρας συνεχῶς

ἐχῶς ἐβλέποντο, ἕτεροί τε εἰς μῆκος κεχαλασμένοι, ὡς ἐν μέσῳ ἀέρι κρέμασθαι δοκεῖν. ζῷά τε παντοῖα, καὶ τὰ ἴδια ἑαυτῶν φύσιν μὴ τηροῦντα, ἡμιμασίοις ἀλλοδαποῖς, καὶ μέρεσι σώματος ἀναρμόστοις, πολλάκις ἀπεκυήθη. μέγιστον δὲ δεινὸν καὶ τὰ παρόντα καὶ τὸν ἐλύπησε, καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἐθανάτωσε καὶ φόβῳ συμβόλῳ χρωμένους πάντας ἐτάραξεν. ὅτε γὰρ ὄμβρος μὲν οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐπῆρξεν, ὅτε νεφῶν ἀθροισθέντων, σεισμῷ ὀλίγῳ περιφερομένης γῆς, εἴτε σκηπτοῦ νύκτωρ κατενεχθέντος, εἴτε καὶ πυρὸς ποθὲν ἐν τῷ σεισμῷ διαῤῥυέντος, πᾶν τὸ τῆς Εἰρήνης τέμενος κατεφλέχθη, μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον χρῆμα ἐν τῇ πόλει ἔργον, πλουσιώτατόν τε ἁπάντων ἱερῶν καὶ ἀσφάλειαν, ἀναθήμασι κεκοσμημένων χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου. ἔκαυσε δὲ ἅπερ ἔσχεν, οἰκείοις ἐπισωρεύσασα. ἀλλὰ τὸ πῦρ ἐν τῇ νυκτὸς πολλοὺς ἐν φανοῖς πόνητας ἐποίησεν. ὅθεν ὠλοφύ-

runt, quædamque ex iis in longum productæ medio quasi aëre suspensę videbantur. Præterea animalia omne genus, minime suam naturam seruantia, cum figura corporis prodigiosa, tum membris haudquaquã congruentibus edebantur. Maximum autem nefas cum in præsens dolorem attulit, tum in futurum pessimo augurio vniuersos conterruit. Nam cùm neque imbres vlli neque nubes, tantumque exiguus terræmotus antecessisset, seu nocturni casu fulminis, siue igni aliquo in ipso terrarum motu velut extrito, totum de improuiso Pacis templũ consumptum incendio est: quod vnum scilicet opus cunctorum tota vrbe maximum fuit atque pulcherrimum: idem templorum omnium opulentissimum, egregieque munitum, multoque ornatum auro & argento. Quippe vniuersi ferme suas illuc diuitias, quasi in thesaurum, congerebant: ideoque per noctem debacchatus ignis multos ex opulentis egenos reddidit. Quapropter cõmunem quidem

iactu-

iacturam publice omnes, suam autem quisque priuatim deplorabant. Sed vbi templum omne consumptum ignibus est, plurima quoque & pulcherrima vrbis ædificia conflagrarunt. Inter quæ etiam Vestæ templum, sic vt Palladium quoque conspiceretur: quod inprimis colunt atque in arcano habent Romani, Troia (vt perhibent) auectum, ac tum primum postquam in Italiam deuenit, conspectum ab hominibus. Quippe raptum id Vestales virgines media sacra via in aulam imperatoris transtulerunt. Multæ præterea pulcherrimæque vrbis partes combustæ: plurimosque dies peruagatum incendium non prius sedatum est, quam repentinis imbribus extingueretur. Itaque totam rem diis imputabant eius ætatis mortales, quorum scilicet voluntate & inchoasse incendium & desisse arbitrabantur: ac portendi bella, quæ

ειντο καινῆ μὲν πάντες τὰ δημόσια, ἕκαστος δὲ τὰ ἴδια 6 αὐτῶ. κατεφλέχθη δὲ τό τε πῦρ τόν τε νεὼν καὶ πάντα τὰ ἀξιόλογα ἐπενεμήθη καὶ τὰ πλεῖστα τῆς πόλεως καὶ κάλλιστα ἔρ- 7 γα. ὅτε καὶ τῆς Ἑστίας ὁ νεὼ κατεφλεχθέντος καὶ τὸ παλλάδιον ἐφάνη, γυμνωθὲν ὤφθη τὸ τῆς Παλλάδος ἄγαλμα (ὃ σέβεσθαί τε καὶ κρύπτειν Ῥωμαῖοι) κομισθὲν ἀπὸ Τροίας (ὡς λόγος) ὅτε πρῶτον καὶ μετὰ τὴν ἀπ' Ἰλίου εἰς Ἰταλίαν ἄφιξιν, εἶδον οἱ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωποι. 8 ἁρπάσασαι δὲ τὸ ἄγαλμα αἱ τῆς Ἑστίας ἱέρειαι παρθένοι, διὰ μέσης τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ εἰς τὰ βασιλέως αὐλεῖα μεταφέρουσαν, καὶ ἐλέχθη τὰ καὶ πλεῖστα ἄλλα τῆς πόλεως μέρη κάλλιστα. ἰσχανῶν τε ἡμερῶν πάντα ὅπου τὸ πῦρ ἐπεβόσκετο· ἐδοκεῖ δὲ μέτρια ἐπαύσατο πεῖν ἢ κατενεχθέντες. ὄμβροι ἐπί- 10 σχον αὐτῶ ὁρμωμένω. ὅθεν καὶ τὸ πᾶν ἔργον ἐξεδειάθη, πιστευόντων κατ' ἐκεῖνο καιρὸν ἤδη τότε ἀνθρώπων, ὅτι γνώμη θεῶν καὶ δυνάμει ἤρξατό τε τὸ πῦρ καὶ ἐπαύσατο. 11. συνεβάλλοντο δέ πως ἐκ τῆς κατει-

λημέ-

ληφότων, πολέμων σημεῖον ἔδ) τὴν τε νεὼ τῆς Εἰρήνης ἀπώλειαν. τὰ γοῦν 12 ἀκολουθήσαντα (ὡς ἐν τοῖς ἔξῆς ἐρῆμεν) ἐκ τῆς ἀποβάσεως ἅ προυπάρξασαν φήμην ἐπισώσατο. Πολλῶν 13 δὴ καὶ ἀγνῶν συνεχῶς κατειληφότων τὴν πόλιν, ἐκέπι ὁ Ῥωμαίων δῆμος μετ' εὐνοίας τὸν Κόμμοδον ἐπέβλεπεν, ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτίας τῶν ἐπαλλήλων συμφορῶν εἰς ἃς ἐκεῖνος ἀκείτας φόνους καὶ τὰ λοιπὰ ἅ βίᾳ ἀνέφερεν ἁμαρτήματα. οὐδὲ γὰρ ἐλανθάνετο 14 τὰ προπόμενα πάντας· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ἐλανθάνειν ἤθελεν· ἃ δὲ περὶ τῶν οἴκοι διεβάλλετο, ταῦτα καὶ δημοσίᾳ δεῖξαι ἐβούλητο. εἰς τοσοῦ- 15 τόν τε μανίας καὶ ἀσεβείας προυχώρησεν, ὡς πρῶτον μὲν τὴν παρθένον περιορᾶσθαι, αὐτὸ δὲ Κομμόδε καὶ Μάρκε υἱοῦ, Ἡρακλέατε καὶ Διὸς υἱὸν αὐτὸν καλεῖσθαι. 16. ἔπ δυσάμενός τε τὸ Ῥωμαίων καὶ Καισάρειον σχῆμα λεοντῆν τε ἐπωμίδα ἐνύετο, καὶ ῥόπαλον μὲν χερὶ φέρειν, ἀμφιέννυτό τε ἀλυσγεῖς καὶ χρυσοῦφεῖς ἐσθῆτας, ὡς ἔδ) καταγέλαστον αὐτὸν καὶ ὑφ'

sunt deinceps insecuta consumpto pacis templo, interpretabantur. Quam deinceps famam rerum euentus comprobauit. Enimvero plurimis maximisque incommoditatibus laborante ciuitate, non iam vti antea multitudo beneuole Commodum aspicere, sed referre omnes eius calamitatis causam in illius iniustos actus, & reliqua vitæ crimina. Siquidem neque latebant populum scelera hominis: neque latere ipse volebat, sed quæ domi non sine infamia patrabantur, ea etiam in publicum ostentare haud verebatur: eoque vecordiæ petulantiæque processit vt paternum primo cognomen repudiaret, ac pro Commodo Marci filio, Herculem Iouis filium iusserit appellari: depositoque principum Romanorum cultu, leonis pellem substerneret, manuque clauam gestaret, simul purpureas sibi atque auro intextas vestes circumdaret, non sine omnium irrisione:

quippe eodem schemate & fœminarum luxum & heroum virtutem repræsentabat. Talem se videlicet cottidie præstabat. Idemque mensium nomina demutauit; ac pro vetustis appellationibus noüas de suis cognominibus imposuit, quorum ad Herculem pleraque tanquam scilicet ad fortissimum referebantur. Quin statuas quoque sibi tota vrbe poni iussit; inque iis vnam pro Curia, quæ arcum contenderet: vt etiam imagines ipsæ terrores atque minas præ se ferrent. Quam dein tamen senatus post illius obitum sustulit, proque ea Libertatis imaginem reposuit:

ἐνὶ σχήματι πλειῶν πολυτέλειαν καὶ ἡρώων ἰσχὺν μιμούμενον. τοιοῦτος μὲν δὴ περὶ ἑαυτὸν ἐφαίνετο. ἤλλαξε δ' καὶ τῶν ἐνιαυσιαίων μηνῶν τὰ ὀνόματα, ὅσα μὲν ἀρχαῖα καταλύσας· πάντας δὲ ταῖς ἑαυτοῦ προσηγορίαις ὀνομάσας, ὧν αἱ πλεῖσται εἰς Ἡρακλέα ἀνῆκον ὡς ἀνδρειότατον ἀνεφέροντο. ἔστησε δ' καὶ ἀνδριάντας αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν· ἀλλὰ μικρὰ καὶ ἀντικρὺ τοῦ τοῦ συγκλήτου συνεδρίου τόξον διεστηκυῖαν. ἐβούλετο γὰρ δὴ καὶ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ φόβον ἀπειλεῖν. τὸν μὲν οὖν ἀνδριάντα μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν καθελοῦσα ἡ σύγκλητος, ἐλευθερίας εἰκόνα ἱδρύσατο.

15. COmmodus autẽ, cum temperare iam sibi vltra non posset, publice spectacula edere professus, omnes se sua manu feras occisurum pollicebatur, & cum fortissimis quibusque iuuenum singulari certamine depugnaturum. Ea cum rumoribus celebrarentur, concurrebant ex Italia omni ac finitimis gen-

Ὁ δὲ Κόμμοδος μηκέτι κατέχων ἑαυτόν, δημοσίᾳ θέας ἐπιτελέσειν, ὑπισχνούμενος τά τε θηρία πάντα ἰδίᾳ χειρὶ καταβαλεῖν, καὶ τοῖς ἀνδρικωτάτοις τῶν νεανιῶν μονομαχήσειν. διαδεδομένης δὲ τῆς φήμης, συνέρρεον ἔκ τε τῆς Ἰταλίας πάσης καὶ τῶν ὁμόρων

gen-

ρων ἐθνῶν; θεασόμενοι ἃ μὴ
πρότερον μήτε ἑωράκεσαν
μήτε ἠκηκόεισαν. ᾗ γὰρ δὴ ἀγ- 3
γέλλετο αὐτῷ ἡ χεὶρ τὸ δέ-
ξιον, καὶ ὅπη ἔμελεν αὐτῷ
ἀκοντίζοντι καὶ τοξεύοντι μὴ
ἁμαρτάνειν. συνῆσαν δὲ παι- 4
δεύοντες αὐτὸν Παρθυαίων
οἱ τοξικὴν ἀκριβοῦντες, καὶ
Μαυρουσίων οἱ ἀκοντίζειν
ἄριστοι· ὃς πάντας δὲ χειρὶ
ὑπερέβαλλεν. ἐπεὶ δὲ κατέ- 5
λαβεν αὐτῆς θέας ἡμέρα, τὸ
μὲν ἀμφιθέατρον πεπλήρωτο·
τῷ δὲ Κομμόδῳ περίδρομος
κύκλῳ κατεσκεύασται, ὡς μὴ
συστάδην τοῖς θηρίοις μαχό-
μενος κινδυνώδοις, ἄνωθεν
δὲ καὶ ἐξ ἀσφαλοῦς ἀκοντί-
ζων, δι' ὀξείας μᾶλλον ἢ ἀν-
δρείας παρέχοιτο δεῖξιν.
ἐλάφους μὲν οὖν καὶ δορκάδας, 6
ὅσά τε κερασφόρα, πλὴν
ταύρων, σωθέων αὐτοῖς καὶ
καταδιώκων ἔβαλλε, φθά-
νων τε αὐτοὺς τὸν δρόμον καὶ
πληγαῖς καιρίοις ἀναιρῶν·
λέοντας δὲ καὶ παρδάλεις, ὅσά τε ζῶα ἥμερα, θεωρεῖσθαι ἄνω-
θεν κατεσκόπτιζεν. 7. ὥστε τις εἶδεν ἀκόντιον δεύτερον, ὥστε

tibus vniuersis ad id spectaculum, quod nec antea oculis vsurpauerant, neque vnquam fando audiuerant. Siquidem ita esse certa manus illi dicebatur, vt quodcunque destinaret, iaculo sagittaue contingeret. Erantque cum illo assidue Parthorum lectissimi sagittarii, ac Numidæ iaculatores: quos ille tamen omneis longe artificio superabat. Vbi autem spectaculi dies adfuit, pleno amphitheatro exædificatus Commodo peridromus fuerat, per quem decurrere in orbem posset, ne cominus cum bestiis pugnans periclitaretur, sed superne ac de tuto loco tela iaciendo; iaculandi potius scientiam quam fortitudinem ostentaret. Ceruos igitur & damas, item cornigera alia, præter tauros, currens pariter ipse arque insequens impetebat, ac præuenta fuga certissimis ictibus prosternebat: leones vero & pantheras, aliaque id genus nobilissima animalia, currens in orbem superne iaculis confodiebat: sic vt nec te-

lum quisquam secundum, nec vulnus viderit nisi lethiferum. Nam vt primum se fera concitauerat, statim illam vel in fronte vel in corde sauciabat, nullo præterea vsus scopo, neque ad aliam corporis partem telo destinato: sic vt pariter cum vulnere ipso conficeretur. Cæterum bestiæ conquirebantur vndique: ac tum primum vidimus, quæ antea in picturis mirabamur. Quippe ex India AEthiopiaque, itemque à meridie & à septentrionibus, quicquid incognitum prioribus seculis fuerat, confecit ille pariter atque ostendit, nullo non obstupefacto, tam certa illa manu tamque nusquam telis aberrantibus. Idem aliquando sagittas lunatæ cuspidis in Maurusias struthos intorquebat, quæ & pedum celeritate & alarum quasi velis ocyssime ferebantur, sic vt summum contingeret collum, atque ita capita amputaret, vt exectis ceruicibus (qui reli impetus fuerat) aliquandiu tamē viuentibus simílem cursum continuarét. Quin & pantheram, quæ scilicet eductum quen-

βαῦμα ἄλλο πλὴν ὃ θανατηφόρε. ἅμα γὰρ τῇ τῦ ζώου ὁρμῇ καὶ τάχε μετῆκε ἡ χὴ καρδίας ἕτερε πλὴ πληγμ. 8 καὶ οὐδέποτε σκοπὸν ἄλλον ἔχεν, ὁδὲ ἐπ' ἄλλο μέρ ἦλθε τὸ ἀκόντιον τῦ σώματος, ὡς μὴ ἅμα τε τρῶσαι καὶ φονεῦσαι. τὰ δὲ παντα χόθεν 9 ζῶα ἠθροίζετο αὐτῷ. τότε γοῦν εἴδομεν ὅσα ἐν γεαφαῖς ἐθαυμάζομεν. ἀπό τε γὰ Ινδῶν καὶ Αἰθιόπων, ἥ τε πρότερον ἄγνωστον λῖν, μεσημερείας τε καὶ τῆς ἀρκτώας γῆς ζῶα πάντα φονεῦων, Ῥωμαίοις ἔδειξε. τὸ δ' ἔυσοχον τῆς χλεὸς αὐτῦ πάντες 10 11 ἐξεπλήττοντο. λαβὼν ουὖ ποτὲ βέλη, ὧν αἱ ἀκμαὶ ἦσαν μιμοειδεῖς, τοῖς Μαυρουσίοις στρθοῖς ὀξύτατα φερομένοις καὶ ποδῶν τάχει καὶ κολπώσει πτερῶν, ἐπαφιεὶς τὰ βέλη καὶ ἄκρα ὃ ἰσχίλου, ἐκαρατόμει, ὡς ἂν κεφαλῶν ἀφηρημένας ὁρμῇ ὃ βέλες ἔτι σειθεῖν αὐτὰς, ὡς

ἐκ-

ἐκκαλούμενον καταλαβούσης, φθάσας τῷ ἀκοντίῳ μέλλουσαν δήξασθαι, τὴν μὲν ἀπέκτεινε, τὸν δὲ ἐρρύσατο, φθάσασ τῇ τε δόρατος ἀκμῇ τὴν ἧβ ὁ δόντων ἀκμὴν, λεόντων δὲ πολλοὺς ἐξ ὑπογαίων ἑκατὸν ἀναρριφθέντων, ἰσοπλήθμοις ἀκοντίοις πάντας ἀπέκλινεν· ὡς ὁπὸ πολὺ κειμένων τῶν σωμάτων, δι' αὐτὸ τοῦτο δὴ χρόνῳ πάντας ἀριθμῆσαι, καὶ μηδὲν ἰδεῖν ἕτερον ἀκόντιον. Μέχρι μὲν τούτων, ἡ καὶ βασιλείας τὰ παρόντα πόμενα ἦν ἀλλότρια, πλὴν ἀνδρείας καὶ δυσχερείας τοῖς θεαταῖς ἔσχε παρακάθειν· ἐπεὶ δὲ χρόνος εἰς τὸ ἀμφιθέατρον εἰσῆλθεν, ὅπλα τε ἀναλαβὼν ἅπαντα μάχης, τότε σπουδῆς ἐνδεὴς ὁ δῆμος ἅπας τὸν ὄγκῳ πατέρα καὶ Ῥωμαίων βασιλέα, μὴ ἰδοὺ τοσαῦτα τρόπαια πολέμου τε καὶ στρατόνων ἐκ ὁπλομαχίας τε καὶ βαρβάρους ὅπλα λαμβάνοντα στρατιωτικὰ, ἢ Ῥωμαίων ἀρχῇ πρέποντα, κινδυνεύοντα δὲ τὸ ἀξίωμα αὐχίσῳ καὶ μεμιαdam in arenam cursu acerrimo comprehenderat, sic vt iamiam laniatura videretur, ita opportuno vulnere consequutus est, vt interfecta belua hominem seruauerit, ac dentium quoque aciem cuspide ipsa iaculi præuenirent. Leones item cauea centum eductos, totidem missilibus vniuersos occidit: ita suo ordine iacentibus corporibus, vt numerari facilime singula possent, nullo scilicet superuacuo incidente telo. Hactenus igitur, quæ gerebantur, quamuis à principe aliena viderentur; tamen quoniam fortitudinem scientiamque præ se ferrent, populares quandam gratiam emerebantur. verum vbi iam hudus ingressus amphitheatrum est, sumptisque armis numeros gladiatorios implebat, tum vero triste Romano populo spectaculum id visum, nobilissimum imperatorem, post tam multos parentis sui maiorumque triumphos, nō quidem aduersus beluas arma capere militaria, vel Romanorum imperio congruentia, sed amplissimam dignitatem turpissimo fœ-

dissimoque cultu contaminare. Facile autem dimicans suos compares superabat: neque tamen vltra vulnera procedebat, dante vnoquoque manus, atque imperatorem potius quam gladiatorem agnoscente. Eoque vesaniæ prouectus est, vt deserere principalem aulam atque in ludum gladiatorium migrare institueret. Neque se amplius Herculem appellari patiebatur, adoptato nobilissimi gladiatoris nomine, qui iam vita excessisset. Quin simulacro illi colosseo, quod Romanis venerabile est, solis effigiem gerens, capite dempto suum imposuit: atque in basi subscripsit non quos consuesset imperatorios paternosque titulos, sed pro Germanico, *Mille gladiatorum victorem.*

16 σμένῳ χήματι. ὁ μὲν οὖν μονομαχῶν ῥᾳδίως τῶν ἀνταγωνιστῶν περιῆν, καὶ μέχρι βαυμάτων προῆλθεν, ὥστε καὶ τοὺς ἀπάντων, καὶ τὸν βασιλέα οὐ τὸν μονομάχον ἐν-
17 νοεῖν. εἰς τοσοῦτον δὲ προῆλθε μανίας, ὡς μηκέτι βούλεσθαι μηδὲ τῷ βασίλειον ἑστίαν οἰκεῖν· ἀλλὰ καὶ μετοικιοῦσθαι ἐβούλετο εἰς τὸ τῶν μονομάχων καταγώ-
18 γιον. ἑαυτὸν δὲ οὐκέτι Ἡρακλέα, ἀλλὰ τὸν μονομαχοῦντων ἐνδόξου τινὸς προσηγορικοῦ ὀνόματι καλεῖσθαι
19 προσέταξε. τὸ δὲ μείζου ἀγάλματος κολοσσιαίου, ὅσπερ σέβουσι Ῥωμαῖοι, εἰκόνα φέρον ἡλίου, τῇ κεφαλῇ ὑποτεμών, ἱδρύσατο ἑαυτόν, ὑπογράψας τῇ βάσει οὐχ ἃς εἰώθασι βασιλικὰς καὶ πατρῴους προσηγορίας, ἀντὶ δὲ Γερμανικοῦ, μονομάχους χιλίους νικήσαντα.

16. CAEterum ipsum quoque desinere aliquando ab sua vecordia & ciuitatem tyrannide liberari oportebat; idque anno incunte: quem diem Romani

1 Ἔδει δὲ ἄρα ποτὲ κἀκεῖνον παύσασθαι μεμηνότα, καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς τυραννουμένης, νέου μὲν γὰρ ἔτους τὰ
2 ὀπτήρια ἔμελλεν ἡμέρας σέ-

βεσθαι

βυσί τε τῷ ἑορτῷ Ῥωμαῖοι, εἰς θεὸν ἀρχαιότατον τῆς Ἰταλίας ὄπιχώριον ἀναφέροντες. φασὶ γὰρ αὐτὸν καὶ Κρόνον, ὑπὸ Διὸς ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς, καταλυθέντα εἰς γῆν, γῆν σφέσθαι ξένον. δι- 4 ὸ καὶ ἔν τε τῷ παιδὸς θωπείαν, παρ' αὐτῷ κρυπτόμενον λαθεῖν. ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα δοθῆναι τῇ χώρᾳ τῆς Ἰταλίας. Λάτιόν τε κληθῆναι, ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος φωνῆς εἰς τὸ ὄπιχώριον μεταχθέν. διὰ 5 ταῦτά τοι καὶ μέχρι νῦν Ἰταλιῶται τὰ μὲν Κρόνια περιορτάζουσι θεῷ τῷ λαθόντι, τὰ δὲ τοῦ ἔτους ἀρχῇ ἱερομηνίαν ἄγουσι τῷ τῆς Ἰταλίας ἔθει. διαφέροντον δὲ αὐτὸ 6 ἵδρυται τὸ ἄγαλμα, ἐπειδὴ εἰς αὐλὸν ὁ ἐνιαυτὸς ἄρχεταί τε καὶ παύεται. ταύτης δὲ τῆς 7

festum agunt, ad Ianum vetustissimum Italiæ deum referentes: cuius etiam Saturnum ipsum, ab Ioue filio pulsum, fuisse hospitem prædicant, &, quod ibi latuisset, nomen Latio inditum. Quocirca etiam nunc Romani Saturnalia prius, dein vero initium anni more suo concelebrant. Estque eius dei biceps imago, vt à quo incipit & in quem desinit annus. Quum igitur hunc diem festum ciuitas agitaret, in quo Romani inuicem se colunt salutantque, & nomismata alter alteri, cæteraque omnifariam munera missitant, summique magistratus conspicuam sibi & solennem purpuram induunt: vniuersis diem concelebrantibus, statuit Commodus non quidem ex imperatoriis (vt mos erat) ædibus, sed ex ipso gladiatorio ludo prodire in publicum,

ἑορτῆς περιούσης ἐν ᾗ μάλιστα Ῥωμαῖοι δεξιοῦνταί τε ἀλλήλους καὶ περιπαρέχουσι, νομισμάτων τε ἀντιδόσεσι καὶ κοινωνίᾳ τῶν γῆς καὶ θαλάττης καλῶν ἀφελοῦσιν ἀλλήλους, ἀρχαίᾳ ἐπωνύμοι τότε πρῶτον τὴν ἔνδοξον καὶ ἐνιαύσιον πορφύραν περιτίθενται. 8. πάντων ἑορταζόντων, ὁ Κόμμοδος ἐβουλεύετο καὶ ἐκ τῆς βασιλείας, ὡς ἔδοξε, περιελ-

ac pro eleganti vestitu purpuraque imperatoria, procedere armatus, deducente gladiatorum agmine, in conspectum Romani populi. Quod vbi consilium suum ad Marciam retulit, vnam è suis concubinis, cui scilicet plurimum deferebat, ac prope vxoris eam loco habebat, sic vt præter ignem omnes honores, velut Augustæ, tribuerentur: intellecto mulier tam absurdo turpique consilio, orare multis lacrymis, supplexque ad genua accidere, ne aut Romanum imperium pollui pateretur, aut ipse vitam suam perditis ac deploratis hominibus tam periculose committeret. Sed quum nihil profecisset, lacrymans discessit. Ille præfectum exercitibus, Lætum nomine, & Electum cubiculi custodem, ad se accitos, parare iubet in ludo ipso gladiatorio, quo se dormitum recipiat: vt illinc ad sacrificandum mane proce-

θεῖν οἰκίας, ἀλλ' ἐκ τῶ τῶν μονομάχων καταγωγίου, αὐτὸ δὲ τῆς Δι παρύφου καὶ βασιλικῆς πορφύρας ὅπλα τε αὐτὸς φέρων, καὶ συμπροϊόντων τῶν λοιπῶν μονομάχων ἀφθῆναι τοῖς Ῥωμαίοις. ἐπεὶ 9 δ' τὴν γνώμην αὐτῆ ταύτην ἀνῃρέθη πρὸς Μαρκίαν (ἦν εἶχε τῶν παλλακίδων πιστοτάτην, ἣ οὐδέν τ' ἀπεῖχε γαμετῆς γυναικὸς, ἀλλὰ πάντα ὑπῆρχεν, ὅσα σεβασθῆναι, πλὴν τοῦ τεκεῖν) ἣ μαθοῦσα τὴν ἀλόγιστον αὐτοῦ καὶ 10 ἀπρεπῆ βούλησιν ἀφ' ἑαυτῆς, τὰ πρῶτα ἐλιπάρει, καὶ προσπίπτουσα, μὴ δακρύων ἐδεῖτο μήτε τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν καταδυσχέσαι, μήθ' ἑαυτὴν ἐπιδόντα μονομάχοις καὶ ἀπεγνωσμένοις ἀνθρώποις, κινδυνεῦσαι. ἐπεὶ δὲ πολλὰ ἱκετεύσασα οὐκ ἐτύγχανεν αὐτῆ, ἣ μὲν 12 δακρύσασα ἀπῆει. ὁ δὲ Κόμμοδος, μεταπεμψάμενος Λαῖτον τ' ἔπαρχον τῆς σφετέρας σωματοφυλακίας, Ἔκλεκτόν τε τὸν τοῦ θαλάμου προεστῶτα, ἐκέλευεν αὐτῆ προσκαθεύδειν, ὡς διανυκτερεύσων ἐν τῷ τῶν μονομάχων καταγωγίῳ, κἀκεῖθεν προϊόμενος ὅπῃ τὰς θυσίας τῆς ἱερο-

ἱερεμίωνας, ὡς Ῥωμαίοις ἔνοπλος ὀφθείη. οἱ δ' ἱκέτευον καὶ πείθειν ἐπειρῶντο μηδὲν ἀνάξιον τῆς βασιλείας ποιεῖν.

deret, ac se armatum Romano populo ostentaret. Illi multis precibus persuadere tentabant, ne quid indignum principe conaretur.

17. Ὁ δὲ Κόμμοδος ἀχάλλων, τοὺς μὲν ἀπεπέμψατο, αὐλὸς δ' ἐπαναλθὼν εἰς τὸ δωμάτιον, ὡς δὴ καθευδήσων (καὶ δὴ μεσημβρίας εἰώθει τοῦτο ποιεῖν) λαβὼν γραμματεῖον τῶν δὴ τῶν ἐκ φιλύρας εἰς λεπτότατα πεπυκνωμένων, ἐπαλλήλως τε ἀναπτύσσει ἀμφοτέρωθεν ἐπεζυγμένων, γράφει ὅσους καὶ τῆς νυκτὸς φονεύσων. ἦν δὲ πρώτη μὲν ἡ Μαρκία, ἔπειτα δὲ Λαῖτός τε καὶ Ἔκλεκτος· ὀλίγοι δὲ τούτοις πολὺ πλῆθος τῶν συγκλήτου πρωτεύόντων. τοὺς μὲν δὴ πρεσβυτέρους, καὶ λοιποὺς παῖδας οἵους ἔπεσκευάσατο πάντας ἤθελεν, αἰδούμενος ἔχειν αὐτοχερῶν ἔργων σεμνὸς ἐπόπτας· τῶν δὲ πλησίον τοὺς ὑπὸ τῆς χαλκώματος ἐβάλετο, μεῖσόν τε εἰς τοὺς σκηπτούχους καὶ τοὺς μονομαχοῦντας. τοὺς μὲν, ἵνα φυλάττοιεν αὐτὸν, τοὺς δὲ, ἵνα τέρποιεν.

17. Quibus Commodus, ira percitus, facessere ab se iussit. Statim in cubiculum reuersus, vt quemadmodum consueuerat meridiaretur, sumpto in manus libello, quales de philyra tenuissimi atque in vtranque partem replicabiles fiunt, conscribit in eo quoscunque illa nocte interficere destinauerat. Ex quibus prima erat Marcia, mox Lætus atque Electus: post hos ingens eorum numerus, qui plurimum autoritatis in senatu obtinebant. Siquidem senes vniuersos paternos amicos tollere è medio, ne censura illorum sua interpellarentur flagitia, bonaque ipsa diuitum dilargiri partim militibus, partim gladiatoribus, decreuerat: vt alteri se defenderent, alteri oblectarent. Eum igitur libellum ita cōscriptum

ſupra lectulum depoſuit, neminem ad ſe introiturum ſuſpectans. Erat autem puſio quidam, infans adhuc, ex ea nota qui veſtitu cætero nudi, ſed auro gemmiſque ornati, ſolent delicatiſſimo cuique Romanorum eſſe oblectamento. Is ita Commodo charus erat vt cum illo ſæpe etiam cubaret, ac Philocommodus appellaretur ipſo indicante nomine amorem principis. Hic itaque puer forte ludibundus, occupato inter balnea & crapulas Commodo, cubiculum, vt conſueuerat, ingreſſus, ſumpto in manus libello, quicum luſitaret, foras proceſſit. ac forte quadam in Marciam incidit: quæ quum puerum etiam ipſa diligeret, complexa prius atque deoſculata, libellum manu aufert. verita ne quid ob infantiam inſcius puer rerum fortaſſe grauiorum labefaceret. Agnita dein Commodi manu, ac legendi cupidine illecta, vbi funeſta

4 γράψας δὴ γραμματεῖον, πέμπει ἐπὶ τὸ σκίμποδος, οἰηθεὶς μηδένα ἐνεῖδεν εἰσ-
5 λάσεσθαι. ὢν δὲ ἡ παιδίον πάνυ νήπιον, τούτων δὴ τῶν γυμνῶν μὲν ἐσθῆτος, χρυσῷ δὲ καὶ λίθοις πολυτίμοις κεκοσμημένων, οἷς ἀεὶ χαίρειν οἱ Ῥωμαίων τρυφῶντες.
6 ἐπῃνᾶτο δὲ αὐτὸ ὁ Κόμμοδος, ὡς συγκαθεύδειν πολλάκις· Φιλόκομμοδος τε ἐκαλεῖτο, δεικνύοντος καὶ τῆς προσηγορίας τὸ ἔρωτος τοῦ εἰς
7 τὸν παῖδα τὸν βασιλέως. τὸ δὲ παιδίον ἔτυχεν ἄλλως ἀθύρον, προελθόντος τοῦ Κομμόδου ἐπὶ τὰ συνήθη λουτρά τε καὶ κραιπάλας, εἰσδραμὸν εἰς τὸν θάλαμον, ὥσπερ εἰώθει, τὸ γραμματεῖον ἐπὶ τοῦ σκίμποδος κείμενον ἀνελόμενον, ἵνα δὴ παίζειν ἔχοι, προέσται
8 τοῦ οἴκου. τύχῃ δέ τινα δαίμονα συνωλίσθησαν τῇ Μαρκίᾳ· ἡ δὲ (ἦν γὰρ αὐτὸν καὶ ἔστεργε τὸ παιδίον) προπύξασα καὶ φιλοσοφήσασα, τὸ γραμματεῖον ἀφαιρεῖται, δεδοικυῖα δὴ, μήπως τὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ νηπιότητος ἀγνοοῦν, παίζων διαφθείρῃ. 9 γνοῦσα δὲ τὸν Κομμόδου χεῖρα, ταύ-

ταύτην ἢ μᾶλλον ἐπισάδαζε διεξελθεῖν ἡ γεφυρά. ἐπεὶ δὲ δῆρεν αὐτὸ θανατηφόρον, καὶ περὶ ἁπάντων, αὐτά τε μέλλοι τε δηήξεσθαι, Λαῖτόν τε καὶ Ἔκλεκτον ἐπακολουθήσοντας, ἧς τε λοιπῶν τοιοῦτον φόνον, ἀμοιμώξασα, καθ' ἑαυτὴν τε εἰποῦσα, Εὖγε, ὦ Κόμμοδε, τοσαῦτα χαριστήρια δυνοίας τε καὶ ὀργῆς, ὕβρεώς τε καὶ παρανοίας τῆς σῆς, ἧς ἐμοὶ τοσαῦτον ὑπεξέρχομαι. ἀλλ' ἃ κατασκεύασον αὐτὸς μεθύων γυναικός. ταῦτα εἰποῦσα τὸν Ἔκλεκτον μεταπέμπεται (ἔθος δὲ ἦν αὐτῇ πρεσβύτερα, ἅτε ἐκ θαλάμου φύλακι, ἔπι τε καὶ ἐπὶ συνεσίᾳ αὐτῇ διεβάλλετο), δῶσα δὲ τὸ γεγραμμένον, Ὅσα (ἔφη) ποίαν μέλλομεν παννυχίζειν ἑορτήν. ὁ δὲ Ἔκλεκτος, ἀναγνούς τε καὶ ἐκπλαγείς· (ἦν δὲ τὸ γένος Αἰγύπτιος, τολμηρός τε ἅμα καὶ δεξιός, θυμῷ τε θυλεῖσθαι πρόχειρος) κατασημηνάμενος οὕτω τὸ γραμμάτειον, διά τινος ἧς ἑαυτῷ πιστῶν ἀναγνωσόμενον πέμπει τῷ Λαίτῳ. ὃς δὲ, καὶ ὁδὸς

contineri, ac se primam peti intellexit, Lætumque & Electum subsequi, tantamque deinceps reliquorum futuram cædem, hæc secum ingemiscens consurrabat: Euge Commode, hæccine præmia benevolentiæ amorisque sunt? ita scilicet de te merui, quum tam multos annos contumelias ebrietatemque tuam pertuli? Sed nequaquam tibi hæc ita successerint, viro temulento, aduersus sobriam mulierem. His dictis, Electum ad se arcessit (quem etiam ipsa aliquando per se conuenire, vtpote cubiculi custodem solita, & cum eo quoque, stupri habuisse consuetudinem credebatur) traditoque in manus libello, Vide, inquit, Electe, cuiusmodi sumus hac nocte festum celebraturi. Is eo lecto expauefactus (erat autem Aegyptius genere, audax homo ac promptus, & irasci facilis) statim signatum libellum per hominem sibi fidum, Læto legendum mittit. Qui item exterritus, ad Martiam contendit, simu-

lans de iis ire se consultatum quæ ad concinnandum ex iussu principis ludum gladiatorum pertinerent. Hoc igitur vsi prætextu, constituunt, aut faciendum sibi quamprimum, aut patiendum aliquid: nullum moræ locum, nullum procrastinationi esse. Placitum autem est, rem veneno agi : quod se facile daturam Marcia recepit, quippe solita primum illi miscere atque offerre poculum, vt ab amica porrectum suauius biberetur. Igitur redeunti ex balneis commixtum vino odoratissimo venenum in calice obtulit. Ille diu lauando venandoq; collecta siti, veluti de more propinatum sibi, temere interbibit. Quare statim capitis grauedine occupatus, atque in soporem prolapsus, quum id ex labore accidisse opinaretur, quieti se tradidit. Electus autem & Marcia recedere omnes confestim, & suam quenque domum reuerti iubent, ne somni indigum Commodum exper-

ταραχθεὶς, ἀφικνεῖται πρὸς
Μαρκίαν ὡς δὴ συσκευάζε-
ν@ αὐλοῖς ὧν ἐκέλευσεν
ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐκ τῶν μονο-
μάχων καταγωγίς. προσ-
ποιησάμενοι δὲ ὧν τῶν ἐκεί-
νῳ διαφερόντων σκέπτεσθαι,
σωτήριόν φάσαι τι δρᾶσαντες ἢ παθεῖν· ὑδὲ καιρὸν
εἶναι μελλήσεως ἢ ἀναβολῆς,
ἀρέσκει δὴ δοῦναι φάρμακον
δηλητήριον. τῷ Κομμόδῳ·
ὑπῆρχε δὲ αὐτὸ ῥᾷστα δώσειν
ἡ Μαρκία. εἰώθει γὰρ αὐτὴ
κιρνᾶναί τε καὶ διδόναι τοῦ
πρώτου πόσιν, ὡς ἥδιον πίοι
παρ' ἐρωμένης. ἐλθόντι δὲ
αὐτῷ ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, ἐμβα-
λοῦσα εἰς κύλικα τὸ φαρμά-
κου, οἴνῳ τε κεράσασα δι' ὠ-
δείου, δίδωσιν. ὁδὲ ὡς σωτήρι
φιλοτησίαν, μὴ πολλὰ λου-
τρὸν καὶ γυμνάσια τὰ πρὸς θη
εία διαφῶν, ἔπιεν ἀναδήπτως.
δ' ὑπνου δὲ καρῷ ἐπέπεσεν
αὐτῷ· εἰς ὕπνον τε καθελκό-
μενος, ὑπὸ καμάτων πάσχειν
οἰηθεὶς, ἀνεπαύσατο. 21. ὁ δ' Ἔκλεκτ@ καὶ Μαρκία πάν τες
ἐπισπεῦσαι κελεύσαντες, εἰς τε τὰ οἰκεῖα ἀπέναι, ἡσυχίαν δὴ
παρε-

παρεσκεύαζον αὐτῷ. εἰώθει δ' 22 gesacerent. Id autem alias
καὶ ἐπ' ἄλλων τοῦτο πάσχειν ὁ quoque ex ebrietate nimia
Κόμμοδος ὑπὸ κραιπάλης. facere consueuerat. Nam
πολλάκις γὰρ λουόμενον καὶ quum vel balneis vel epu-
πολλάκις ἐδίων, οὐδένα καιρὸν lis operam daret, nullum
εἶχεν εἰς ἀνάπαυσιν ὠφελι- scilicet habebat præstitutum
σμένον, ἐπαλλήλοις καὶ διαφόροις quieti tempus. erenim aliæ
συνεχόμενος ἡδοναῖς, αἷς δὴ καταλαβέσθαι ὥρα καὶ ex aliis voluptates, eæque
ἄκων ἐδούλευεν. ἐπ' ὀλί- 23 inter se maxime diuersæ, seru-
γον μὲν οὖν ἡσύχασεν· ὡς δὲ τὸ ire sibi hominem etiam
στόμαχον καὶ κοιλίαν τὸ φάρ- inuitum quocunque tem-
μακον ψυχομένους, ἴλιγγός τε pore subigebant. Pauxil-
αὐτὸν καταλαμβάνει, ἔμετός lum igitur quum requie-
τε πολὺς ἐπιγίνεται, ἢ τῆς sset, ac iam se ad stoma-
προσενεχθείσης τροφῆς ἅμα chum & aluum veneni vis
πολλῷ πολλῷ ἐξωθοῦσης τὸ insinuasset, oborta verti-
φάρμακον· ἢ δέει τοῦ παραλαμ- gine, vomitus & quidem
βανόμενον, ὅτῳ εἰώθασι βα- affatim consecutus est: si-
σιλεῖς ἐκ παλαιοῦ πρὸ πάσης τρο- ue ipso cibo quem largi-
φῆς λαμβάνειν, πώλυμα δη- ter ante sumpsisset, mul-
λητήριον, πλὴν ἄλλα πολ- 24 taque meri potione virus
λῷ γε ὄντι τοῦ ἐμέτου, φο- expellente: seu quoniam
βηθέντες μὴ πᾶν ἐξεμέσας principibus mos est, ante-
τὸ φάρμακον ἀπανίῃ, καὶ quam cibum capiant, me-
πάντες ἀπόλωνται, νεανίαν dicamento vti quo venena
τινὰ, ὀνόματι Νάρκισσον, prohibeantur. Cæterum
γυναίου τε καὶ ἀκμαιοῦ, πείθουσιν εἰσελθόντα τὸν Κόμμοδον quum multum euomuis-
ἀποπνίξαι· μεγάλα δώρων ἔπαθλα ὑποσχόμενοι. 25. ὁ δ' εἰσ- set, veriti illi ne veneno
quoque omni eiecto col-
ligeret sese, atque vna o-
mnes cædi imperaret, per-
suaserunt magna mercede
Narcisso cuidam, audaci stre
nuoq; adolescenti, vt ipsum
in cubiculo strangularet.

Hunc

Hunc finem vitæ Commodus habuit, tredecim annos post parentis obitum imperio administrato: vnus omnium ante se imperatorum nobilissimus, omniumq; eius ætatis hominum formosissimus. quod si dicendum de fortitudine quoque est, no in hoc quidem cuiquam, præsertim destinandis ictibus, concessurus. Sed tamen totam vitæ rationem studiis, vt dictum est, fœdissimis contaminauit.

δεσμῶν, παρειμένον αὐτὸν ὑπὸ φαρμάκου καὶ μέθης, ὑποσφίγξας τὸν τράχηλον φονεύει. τοιοῦτον μὲν τέλος βίου ὁ Κόμμοδος ἐχρήσατο, βασιλεύσας ἔτη τρισκαίδεκα μὴ πάνυ εὐτελῶς τελευτᾷ. διαφυέσθαι τε τῶν περὶ αὐτὸν γιγνομένων βασιλέων, κἀλλιέρει τε τὴν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων δ' ἀπρεπέστατος. εἰ δέ τι δεῖ καὶ περὶ αὐτοῦ εἰπεῖν, ἁδενὸς ἧττον εὐσεβίᾳ τε καὶ εὐτυχείᾳ· εἰ μὴ τῷ τούτων φιλοσοφίαν ἐπιχειρῆσαι ὁπωσδήποτε κατίσχυεν, ὡς προείρηται.

HERODIANI HISTORIAE DE IMPERIO post Marcum.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΤΗΣ μετὰ Μάρκον βασιλείας ἱστορίων βιβλίον δεύτερον.

LIBER SECUNDUS.

1. OCCISO Commodo, quemadmodum superiore volumine demonstrauimus, quum celare factum interfectores, & aulicas excubias fallere vel-

ΑΝΕΛΟΝΤΕΣ δὲ τὸν Κόμμοδον οἱ ἐπιβεβουλευκότες, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ συγγράμματι τῆς ἱστορίας δεδήλωται, κρύψαι τε τὸ γεγονὸς

μενον

μένον βελόμενοι· ὡς αὖτες φυλάσσοντας τὼ βασίλειον αὐλιὼ δερυφόροις λάθοιεν, εἰλίσαντες φορμῇ τινὶ δι' τελεῖ τὸ σωμάτιον κ' καταδήσαντες, ἐπιδέντες δυοὶν οἰκέταις τῆ πισῶν ἐκ τοῦ θαλάμυ ἐξεπῶν. οἱ δ' φέροντες δι' μέσων ἐκφέρυσι τῶν φυλάκων· οὐκ οἱ μὲν, ἀπὸ μέθης ἐκραιπάλων, οἱ δ' ἐγρηγορότες, κἀκεῖνοι εἰς ὕπνον καλεφέροντο, κατεχόμενοι τῆς χερὸς τὰ δοράτια ἐπανεπαύοντο· οἱ δ' ἀπάγυ τὸ ἐκφερόμενον ἐκ θαλάμυ, ὅ, τι ποτ' εἴη ἐπολυπραγμόνουν· ἐπεὶ μηδὲ αὐτοῖς δι' ἔφερε ταῦτ' εἰδέναι. τὸ μὲν δὴ σῶμα τ' βασιλέως ὅτω κλαπὲν, ἐκκομιδέν τε τῆς αὐλείυ θύρας, νύκτωρ ὀχήματι ἐπιδέντες, εἰς τὸ ἀφιστεῖον ἀπέπεμψαν. Ὁ δ' Λάβδος κ' Ἐκλεκτ' ἅμα τῇ Μαρκίᾳ τὸ πρακτέον ἐβουλεύοντο. ἔδοξε δ' αὐτοῖς πρῶτα μὲν τ' θανάτυ φήμυν ἐξαπαντᾶσθαι, ὅτι δὴ αἰφνιδίως τετελευτήκοι, ἀποπληξίας ἐπιπεσούσης. 7. κ' τὸ ἐπιδεχόμενον πίστιν ἔξειν φόνου

lent, vili quodam stragulo inuolutum constrictumque corpusculum, ac duobus exploratæ fidei famulis impositum; ædibus exportandum, velut aliquid superuacuum ex cubiculi supellectile, curauerunt. Qui autem exportabant, per medios euasere custodes, partim ebrios, dormitantesque, ac manu languida tenentes hastilia, partim etiam socordes eorum quæ ad se parum pertinere arbitrabantur, Ita corpus principis furtim elatum ac per noctem vehiculo impositum, in Aristeum miserunt. Lætus autem & Electus, Marciaque, *quid agendum foret* diu deliberato, tandem decernunt, *ita de eius morte rumores serere, quasi repēte in apoplexiam incidisset. quod facile de illo creditum iri existimabant, quem constabat identidem solitum immoderatu epulis saginari.* Sed ante omnia tamen visum est, *aliquem prouectum ætate ac modestum hominem deligere ad imperium, per quem & ipsi*

incolumes forent, & omnes à saeua immoderataque tyrannide respirarent. Igitur diu consultato, neminem sic idoneum inuenerunt vt Pertinacem. Erat autem Pertinax, genere Italus, domi bellique rebus gestis clarus, multisque insignis trophæis, quæ aduersum Germanos atque orientales barbaros erexerat. vnusquo etiam reliquus è grauissimis illis quos pater Commodo amicos reliquisset, cuique plurimum ex omnibus sociis ducibusque detulerat. tutus hactenus, vel grauitatem ipsam verito, vel ob paupertatem hominis dissimulante Commodo. Siquidem id quoque illius laudibus accedebat, *quod quum plurima omnium administrasset, tamẽ erat omnium pauperrimus.* Hunc igitur Pertinacem nocte intempesta, sopitis omnibus, Lætus atque Electus cum paucis eiusdem factionis adeunt, & quum ianuam occlusam

τὸ δ' φήμιλιν, ὡς δὴ βεβλημένης τῆς ἀκοιτίδος καὶ ὑποβαλλούσης ἐκείνου τροφῆς. 8 πρῶτον μὲν ἔδοξεν αὐλοῖς ἐπιλέξασθαι ἄνδρα πρεσβύτην καὶ σώφρονα, τὸν διαδεξόμενον τὴν ἀρχὴν. ὅπως αὐλοὶ τε σωθεῖεν, καὶ ἀπὸ τῆς πικρᾶς καὶ ἀκολάστου τυραννίδος πάντες ἀναπνεύσωσιν. καθ' ἑαυτοὺς δὲ ἀναλογιζόμενοι, οὐδένα ὅπως ὁπωσοῦν εὐεισ- 9 ηγητὸν ὡς Περτίνακα. ἦν δὲ ὁ Περτίναξ, τὸ μὲν γένος Ἰταλιώτης, ἐν δὲ πολλαῖς στρατιωτικαῖς τε καὶ πολιτικαῖς διοικήσεσι πολλὰ δὴ καὶ Γερμανῶν καὶ τῆς ἑῴου καὶ ἀνατολικῆς βαρβάρων ἐγείρας τρόπαια. μόνος τε σχεδὸν λοιπὸς τῶν σεμνῶν πατρώνων τοῦ Κομμόδου φίλων. ὃν καὶ ἀπέκτεινε, τῶν Μαύρου ἑταίρων τε καὶ στρατηγῶν ἐπιμόνως ἐχθρὸν ἡγούμενον, ἢ δι' ἃ σεμνότατα αἰδούμενος, ἢ ὡς πένητα τιμήσας. 11. καὶ δὴ αὐλοῦ καὶ τοῦτο μέρος τῆς ἐλευθερίας, ὅτι πλείστων ἀνθρώπων ἐλευθερωθείς, πάντων κύριον εἶχεν ἐλεύθερον. 12. περὶ δὲ τὸν τότε Περτίνακα, τύχαι τε ἀκμάζουσαι, πάντων τε ὑπερφυῶς ἐλλογίμων, ἀφικνοῦντο ὁ λαὸς καὶ ὁ ἔκλεκτος ὀλίγοις

ἡμᾶς δὴ σωσομένων ἐπαγόμενοι. ἐπεὶ δὲ ἀνεῴχθη τε κεκλεισμένης τῆς οἰκίας τὰς θύρας, διεζεύχθαι τε τοὺς φυλάττοντα. ἀνοίξας δὲ ἐκεῖνος καὶ θεασάμενος ἐφεστῶτας, καὶ λαὸν ὃν ἥδη ἔπαρχον ὄντα, ἐκπλαγεὶς καὶ ταραχθεὶς ἀπήγγειλεν. ὁ δὲ ἥκειν αὐτοὺς κελεύει, δηνὰς, προσδοκώμενα ἑαυτῷ ἐκ πάντων, συμβήσεσθαι φάσκων. ἐν τοσούτῳ χρόνῳ αὐτὸν, φασὶ μεῖναι ψυχῆς ἀταραξίᾳ, ὡς μηδ' ἀναθορεῖν ἐκ σκίμποδος, μεῖναι δὲ ἐπὶ κλίνης. καὶ τὸν λαὸν ἅμα τῷ ἐκλέπτῳ εἰσελθόντα, καίτοι δοκοῦντας ἐπὶ φόνῳ ἥκειν προσιπεῖν τε καὶ θαῤῥοῦντι μηδὲν ἀχρειάσαντι τῷ προσώπῳ, Πάλαι μέν, φάναι, καὶ πάσης νυκτὸς τόδε τὸ τέλος τοῦ βίου εἶχον δι' ἐλπίδος· μόνον τε τῶν παρόντων ἀπολειπόμενος φίλων ἔτι, ἐθαύμαζον ἐπ' ἐμοὶ Κόμμοδον βραδύνοντα. τί δὴ μέλλεις; ὑμεῖς τε δὴ δράσατε τὸ κεκελευσμένον, ἐγώ τε πονηρᾶς ἐλπίδος καὶ φόβου συνεχοῦς ἀπαλλάξομαι. Πρὸς ταῦτα ὁ λαὸς, Οὐ πάνυ (ἔφη) ἀναξίαν σαυτοῦ καὶ τῶν προβεβιωμένων σοὶ λέ-

offendissent, ianitorem excitarunt. qui vbi adaperuit, militesque & Lætum præfectum adesse vidit, perterritus atque expauefactus Pertinaci renuntiat. Is admitti ilico iubet, euentura mox inquiens, quæ sibi ad eam diem mala præsagiuerat. Tanta porro fuit animi constantia, vt ne lecto quidem se mouerit, aut habitum oris demutauerit. sed ingressis Læto atque Electo, quanuis ad se occidendum missos crederet, pleno audaciæ vultu minimeque palleti, *Iam pridem* (inquit) *hunc exitum vita singulis etiam noctibus sperabam, qui ex omnibus paternis amicis vnus adhuc essem reliquus. Itaque demirabar, quonam tam diu rem differret Commodus. Proinde quid statis? quin facitis imperata, meque a triste aliquando ac perpetua formidine liberatis?* Ad hæc Lætus, *Desine* (inquit) *indigna te & superiore vita tua fabulari. neque mor-*

ωερὶ τῶν λεχθέντων. Ἐπ- 24 hendes. Quod vbi Pertinax
ηνὲς δὴ τὰ γεγραμμένα ὁ fecit, iam profecto vitis an-
Περτίναξ, πειθεὶς τε αὐ- tea quoque sibi amicissimis
τοῖς ἀδεέστερον ἢ ωρότερον credendum tatus, intellecta
ἐχρήσατο φίλοις, πάντα πυθόμενος τὰ omni re, totum se illorum
ωεωραγμένα, ὅτι δίδοιεν ἑαυτόν. potestati permisit.

Καὶ πρῶτον μὲν ἔδοξε ωρο- 1 PLacuit igitur primo ex- 2.
ελθεῖν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, ercitum adiri, ac milli-
καὶ ωεῖραν τῆς γνώμης τῆς tum tentati animos: quos tamen Lætus in sententiam suam facile se adducturum pollicetur, quippe cujus aliqua, vtpote præfecti, futura esset apud illos autoritas. Quocirca omnes quotquot aderant, ad exercitum festinant, quum iam multum noctis processisset, instante Kalen. Ianuar. die. Mittunt præterea fidos homines, qui passim rumorem disseminent, vita defunctum Commodum, Pertinacemque, iam imperaturum, contendere ad exercitum. Qui vbi rumor euagatus, repente populus vniuersus lymphato similis ebacchari, & discurrere per vias: ac lætabundi omnes renuntiare pro se quisque amicis, quibus aut dignitas aut diuitiæ

στρατιώτου λαβεῖν· πείσειν γὰρ
αὐτοὺς ὁ Λαῖτος ὑπισχνεῖτο,
ἐπειδὴ αὐτῷ ἐπάρχῳ ὄντι
μετρίαν ἀπενεμον αἰδῶ. συμ- 2
πεμφθέντες οὖν καὶ τῶν
λοιπῶν ὅσοι παρῆσαν, ἐπὶ τὸ
στρατόπεδον ἤπειγοντο. ἤδη 3
δὲ καὶ τὸ πλεῖστον τῆς νυκτὸς
ωεωκεχωρήκει, καὶ ἡ ἑορτῆς
ἐνεστώσης, ωερὶ ἡμέρας πάν-
τα ἐωεφέρετο. διαπέμπουσι 4
δὲ καὶ πρὸς τοὺς ωρώτους τῶν
βοήσοντας ὅτι ὁ Κόμμοδος
τέθνηκε μὲν, ὁ Περτίναξ δὲ
εἰς τὸ στρατόπεδον βασιλεύ-
σων ἄπεισι. διαδεδομένης δὲ 5
τῆς φήμης, πᾶς ὁ δῆμος ἐν-
θουσιῶντι ἐοικὼς ἐξεβακ-
χεύετο. ἐδίδου τε, καὶ τοῖς οἰκείοις ἕκαστος χάριν διεσπείρε
καὶ μάλιστα τοῖς ἐπ' ἀξιώσεως, ἢ πλούτου. 6. ἐκείνοις γὰρ

E superfa-

superabant. namque illis potissimum discrimen impendebat à Commodo. Ibant igitur ad templa & aras diis gratulatum, alii alia vociferantes: quidam, iacere tyrannum; pars, gladiatorem; nonnulli etiã multo his fœdiora. Quæque hactenus metus repressérat, ea nunc, licentia ac libertate oborta, impune iactabantur. Sed & pleraque pars populi cursu concitato ad exercitum contendebat, veritis omnibus, vt satis libenter imperatorem Pertinacem milites acciperent. quippe moderatum principem non sane nimis ex sententia futurum sperabant militibus, qui scilicet tyrannidi seruire, vimque omnem ac rapinas exercere consueuissent. Itaque, velut ad obsequium impulsuri, confluxere ad castra frequentes. Quo vbi peruentum, ingressi Lætus & Electus vna cum Pertinace sunt. ibi conuocatis militibus, ad hunc modum Lætus verba facit: *Commodus imperator vester apoplexia morbo interiit. Causa*

καὶ ἐπιβουλεύοντα ἤλεσαν τὸν Κόμμοδον. ἔθεόν τε ὡσεί τε τὰ ἱερὰ καὶ βωμούς, θεοῖς χάριτας ὁμολογοῦντες. ἐβόων 7 δὲ διάφορα· οἱ μέν, κεῖσθαι τὸν τύραννον λέγοντες· οἱ δέ, τὸν μονομάχον. ἄλλοι δ', ἀπρεπέστερα βλασφημοῦντες. καὶ ὅσα πρότερον ἐπεῖχεν ὁ φόβος ῥήματα, ταῦτα, προελδούσης ἀδείας καὶ ἐλευθερίας, 8 ῥᾳδίως ἐλέγετο. πλεῖον δὲ τῷ δήμῳ συνέβαινε δέεσθαι, καὶ ὅτι τὸ στρατόπεδον ὑπείγετο, τοῦτο μάλιστα δεδιότες, μή πως ἄρα οἱ στρατιῶται ὀκνηρότερον ἐπακόσωσι τῇ Περτίνακος ἀρχῇ. ἐσομένου γὰρ σώφρονα, μὴ πάνυ τι ἀποδέξασθαι τοὺς στρατιώτας προσεδόκων, τυραννίδι δεδουλευκότας, ἁρπαγῆς τε καὶ 10 βίας ἐγκεχυμενασμένους. ἵν' οὖν αὐτοὺς ἐκβιάσαιντο ἐπακοῦσαι, πανδήμει συνῆλθον. 11 ἐπεὶ δὲ ἐγίνοντο ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ὁ Λαῖτός τε καὶ Ἔκλεκτος εἰσῆλθον ἄγοντες τὸν Περτίνακα, συγκαλέσας τοὺς στρατιώτας ὁ Λαῖτος, ἔλεξε τοιάδε. 12. Κόμμοδος μὲν ἡμῖν ὁ βασιλεὺς

σιλεὺς τέθνηκεν ἀποπληξίᾳ. αὖτος δὲ τῷ τοιούτῳ θανάτῳ ἐκ ἄλλος, ἀλλ' αὐτὸς αὑτῷ συμβεβλήκασι γὰρ ἡμῖν αἱ- 13 εὶ τὰ ἄριστα καὶ σωτήρια, οἷς μὴ πειθόμενοι, βιᾶς δὲ ὡς οὐκ ἀγαθοῖτε. ὥστε πλήθους ἀποπνιγεὶς, διεφθάρη. τὸν 14 μὲν οὖν κατέλαβε τέλος τὸ πεπρωμένον. ὑδὲ γὰρ μία ὁδὸς ἡ αὐτὴ πᾶσιν ἀνθρώποις θανάτου εἶδος. διάφοροι δὲ 15 ἴσως, εἰς ἓν τέρμα βίου σωτελοῦσιν. ἀλλ' αὖτ' ἐκείνου 16 γὰρ ὑμῖν ἄρχομεν ἡμεῖς τε καὶ ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων ἄνδρα τὸν μὲν ἡλικίᾳ σεμνὸν, τὸν δὲ βίου, σώφρονα· ἀρετῆς δὲ τῆς ἐν ἔργοις ἔμπειρον. ὧν οἱ μὲν 17 πρεσβύτεροι, καὶ ἅμα στρατηγικῶν αὐτῷ καταξέων ἐπειράσητε· οἱ δὲ λοιποὶ, τῆς πόλεως ἐπάρχοντα τοσοῦτον ἔτος, ἀεὶ δίκαιον τε καὶ θαύματος ἔχοντα. δίδωσί τε ὑμῖν ἡ τύχη οὐ βασιλέα μόνον, ἀλλὰ καὶ πατέρα χρηστόν. φαίνεῖ τε ἡ τῶνδε ἀρχὴ ὃ μόνον ὑμᾶς τὰς ἐν ταυθοῖ δορυφορεῖν ὥπτας, ἀλλὰ καὶ τὰς ὅπ' αὖις ὄχθας ἅμα ποταμοῦ, καὶ τὰς ὑπὸ τοῖς ὅροις τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς

mortis nemo alius, sed est ipsemet sibi. nam quum frustra nos optima atque salubria subiisceremus, gerens ille se quemadmodum omnes nostis, cibo potuque nimio suffocatus est. atque is quidem suo sibi fato extinctus perist. quippe non una eademque cunctis hominibus mortis causa, sed alia alia, cunctaque tamen ad eundem tendentes vitæ finem. Verum pro illo adducimus vobis ipsi ac Romanus populus virum ætate gravem, vita moderatum; militaris disciplinæ peritissimum: cuius bellicam virtutem vos quidem veteranî saepenumero experti, cæteri tot annos, urbi præfectum non honore solum, sed etiam admiratione dignissimum iudicastis. Igitur fortuna non principem solum vobis dat, sed parentem quoque optimum. Cuius principatus non vobis modo qui eum præsentes tuemini, sed iis etiam iucundissimus futurus est, qui ripas fluminorum, ac Romani terminos

imperii defensant: videlicet res eius praclare gestas memoria retinentibus. Neque vero iam barbaros nobis pretio conciliabimus: sed eorum memores, quæ hoc duce perpessi sunt, metu potius subigentur. Hæc dicente Læto, minime iam se cohibuit populus quin cessante adhuc & dubitabundo milite Augustum illum declararet, patremque appellaret, & faustis omnibus acclamationibus prosequeretur. Idem etiam milites factitabant, quanquam non pari alacritate: sed circumfusa undique inermibus, festumque agitantibus diem, populi turba, facile illos acclamare, ac Pertinacem vocare Augustum coëgit. Mox iurati de more in illius nomen factaque re diuina, laureati omnes, populus atque exercitus, prosequebantur.

ἱδρυμένους, οἱ τὴν πεῖραν αὐτῶν τῆς ἔργων φέρεσι δίκαι μνήμης. τό, τε γὰρ βάρβαρον ὐ χρήμασιν ἐπ θεραπεύσομεν, πείρᾳ ὧν ὧν ὑπ' αὐτῶν πεπόνθασι σεβ πεφοβῶτ@, φόβῳ ὑποτάξοντες. Τοιαῦτα δὴ λέγοντ@ τῦ Λαίτου μὴ κατα χὼν ἑαυτ' ὁ δῆμος, μελλόντων καὶ ὀκνούντων ἔπ τῆς σεβαστῆς, σεβαστὸν τε ἀναῤῥηδὲν, καὶ πατέρα καλεῖ, πάσας τε γεραίρει ἀφημίας. τότε καὶ οἱ σεβαστῶται ὐχ ὁμοίᾳ μὲν προθυμίᾳ, τῇ ὅμ τῦ παντ@ πλήθους ἀνάγκη (καὶ γὰρ ἦσαν πανταχόθεν ὑπὸ τῦ δήμυ σεσειλημένοι ὀλίγοι τε, καὶ ἄνευ τῆς ὅπλων, ὡς ἐν εἰρηνικῇ) πλὴν συνεξεβόησαν, καὶ σεβαστὸν προσεῖπον τὸν Περτίνακα· εἴς τε τὸ ἐκείνυ ὄνομα τὰς σωνήθεις ὅρκυς ὀμόσαντες, καὶ θύσαντες, δαφνηφορῆσαντες πᾶς ὁ δῆμ@ καὶ τὸ σεβαστικόν.

3. Ἐπεὶ δ' ἱδρύθη ἐν τῇ βασιλείῳ ἑστίᾳ (τήν τε σεβαστὴν καὶ τὸν δήμυ, ὡς προεῖπαι, νύκτως ἀναγαγόντων) φρονήσει μείζοσι τὰ γνώμυ

SEd postquam in aulam imperatoriam per noctem (vt diximus) à milite populoque deductus, magnis curarum motibus æstuabat. Et quamuis ani-

mo

ἐταράττετο. πάνυ τε αὐτὸν, (καίτοι δοκοῦντα ψυχῆς εἶ) ἐρρωμένης καὶ πρὸς πάντα ἀνδρείου) τὰ παρόντα ἐφόβει, ἐχ ἅπω τῆς γνώμης τ ἑαυτῆς σωτηρίας, (κινδύνων γὰρ ἢ μειζόνων πολλάκις ἐν καταφρονήσας) ἐλογίζετο· ὃ τήν τε ἀφνίδιον τ πραγμάτων μεταβολὴν, τήν τε ἐν τῇ συγκλήτῳ βουλῇ πνῶν διάνοιαν· ἐς ὑπώπτευεν ἐκ ἀνεξομένους, μὴ βασιλέα δ' ἡμέτερον, τὴν ἀρχὴν μεταπεσοῦσαν εἰς ἄνδρα ἐξ ἰδιωτικῆς καὶ ἀσήμου γένους ὅπη τοῦτο ἐλθόντα. εἰ γὰρ καὶ ὁ βίος αὐτῷ δι' ἀφελότητος ἐπηγγέλτο, καὶ τὰ ἐν ταῖς πατρωνικαῖς πρόξεσιν ἐν δικαίῳ, ἀλλ' ὅσον δ' ἡμέρας χάριν, πολὺ τῷ δ' παρισῶν ἀπελείπετο. Ἡμέρας δὲ καταλαβούσης, καὶ πλήθους ὄντος τὸ σωμέδριον τ βουλῆς, ὅτε τὸ πῦρ ἔσπασε ἑαυτῷ προπεμπόμενον, οὔτε τι ἄλλο τῶν βασιλικῶν συμβόλων εἰς ὕψος ἀφθῆναι, πρὶν ἢ μαθεῖν τ γνώμην τῆς συγκλήτου βουλῆς. 6. ἐπεὶ δ' αὐτὸν ἅμα τῷ φανῆναι πάντες ὁμοθυμαδὸν ἀφήμησαν, σεβάσμιόν τε καὶ

mo esse forti constantique videretur, tamen illum vehementer præsentia territa-bant, non de salute sua magnopere solicitum: quippe alias grauiora pericula contempserat: sed repentinæ tyrannidis mutationem animo versantem, nobilitatemque nonnullorum senatorum reputantem: quos minime passuros arbitrabatur, post imperatorem generosissimum redisse principatum ad hominem priuatæ stirpis atque obscuræ. Nam etsi vita ipsius plane temperans ac frugalis audiebat, maximamque in bellicis negotiis gloriam fuerat adeptus, attamen claritate generis impar habebatur. Igitur postquam diluxit, in curiam se contulit, neque ignem sibi præferri, neque ulla principatus insignia passus attolli, donec senatus sententiam sciretur. Sed cum omnes simulatque viderunt, lætis acclamationibus vnanimiter exceperunt, augustumque & imperatorem con-

salutarunt. At ille recusare instituit, tanquam rem inuidiosam, nomen imperii: excusare senectutem, veniamque orare: multos esse dictitans patricios viros, quibus magis imperium conueniret. Simul Glabrionem manu comprehensum protrahens, sessitare imperatoria sella iubebat. Erat enim ille omnium patriciorum nobilissimus, ad Æneam Veneris & Anchisæ filium seriem generis referens, idemque iterum consul. qui tamen ita tum loquutus est; *Equidem ego mei, quem tu omnium putas dignissimum, cedo tibi imperio, atque tua mecum senatus omnis summam tibi potestatem decernimus.* Ibi vero ille, vim pene afferentibus atque impense rogantibus vniuersis, vix tandem dubitabundus sellam imperatoriam conscendit, atque orationem huiusce modi habuit: *Consensum hic vester, studiumque eximium tui mihi plurimum in tanta ista nobilitate deferendi, cum omnis adula-*

ἡ βασιλέα προσηγόρευσαν· ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα, παρητεῖτο τῆς ἀρχῆς τὸ ἐπίφθονον. γῆρός τε προὔχόμενος, συγγνώμην ἐδέετο· εἶναί τε πολλοὺς ἀμείνους ἔφασκεν, οἷς ἡ βασιλεία μᾶλλον ἁρμόζει. καὶ λαβόμενος τὸ χεῖρος Γλαβρίωνος, εἷλκεν αὐτὸν, καθίζεσθαι κελεύων ἐπὶ τῆς βασιλείου θρόνου. ὡς δὲ ἐκεῖνος μὲν πάντων ἀπηξίου· αὐθέρεε μόλις εἰς Αἰνείαν τὸν Ἀφροδίτης καὶ Ἀγχίσου παῖδα τῆς Δαρδανικῆς· ἔτι δὲ καὶ πάππον ἀμείνω τελέσας δεύτερον. ὁ δὲ, Ἀλλ' αὐτός τε (ἔφη) ἐγὼ, ὃν σὺ νομίζεις πάντων ἀξιώτατον, σοί τε τὴν ἀρχῆς ἀπαναχωρῶ, καὶ πᾶσαν τὴν ἐξουσίαν ἐγὼ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐπιτρέπομεν σοὶ δίδοντες. Τότε δὲ πάντων αὐτὸν ἐκβιασαμένων ἐκλιπαρησάντων τε, ὀκνῶν καὶ μόλις ἐπελθὼν ἐπὶ τὸν βασίλειον θρόνον, ἔλεξε τοιάδε,

12. Τὸ πάνυ δεξιὸν ὑμῶν τε πρός με πᾶσιν, καὶ τὰ τῆς αὐτοκλήτου βάλλον, ἐπαινῶ τε εἰς ἀφθονίαν τοσαύτης παρ' ὑμῶν ἀγα-

δ' ὑγιείας, ὐκ ἔχον κολακείας ὑποψίαν, ἀλλὰ δεῖξιν ἢ πίστιν διvοίας. ἄλλῳ μὲν ἄν τῳ θάρρος ἢ προθυμίαν ἐνέβαλεν εἰς τὸ ἑτοίμως δέξασθαι τὰ ἐγχειρισμένα, ἐλπίδα τε βασώνης ὑπέφηνεν ἄν, ὡς δι' μῖρῶς τὴν ἀρχὴν διοίσοντα ἐν ἀρχομένοις ὅτως εὐνοῦσιν· ἐμοὶ δ' ταῦτα μεγάλα ὄντα ἢ ἐξαίρετα, πρῶτός τε αἰδῆσει ἐκπλήττει, δέος τε καὶ ἀγῶνα ὐ μικρὸν ἐμποιεῖ. μεγάλων γὰρ διεργετῶν προϋπαρχόντων, τὸ ἰσόρροπον δυσεφικτον. ἀλλ' ἐν 14 τοῖς ἀμοιβαῖς, ἢ μικρὰ μὲν λαβοῦσιν ἀποδοῦναι μεῖζον, οὐχ οὕτως δι' μαρὲς ὡς δι' χάεισον δοκεῖ· ὀπλουσία δ' 15 ἂν ὁ πρῶτος τὴν δράσις ἀγαθὸν, ἀνυπέρβλητον κατάδηλον χάειν, τὸ μὴ καθ' ἀξίαν ἀποδοθὲν, ὐχ ὅτω δυσπάεστον, ὡς ἀνάθλητον ἅμα καὶ ἀχάεισον ὀνομάζεται· ὁρῶ 16 δὴ ὐ τὸν τυχόντα μοὶ ἐπιτεταμένον ἀγῶνα, πρὸς τὸ ἄξιον ἐμαυτὸν παράσχεῖν τῆς τοσαύτης παρ' ὑμῶν πρῶς. 17. ὐ

tionis suspitione facet, argumentumque beneuolentia fidemq; praferat, alium fortassis audaciorem atque alacriorem redderet ad ea quæ traderentur suscipienda: sperantem facilis se gubernatione usurum, qui tam tam in vobis beneuolentiam animaduerteret. Me autem contra, magna ista scilicet atque egregia, sicut honoris sensu obstupefaciũt, ita metu quodam curaque solicitant. Siquidem arduum inprimis est, magnis acceptis beneficiis paria referre. Nam in beneficiorum vicissitudine, si magnam gratiã referat, qui paruam debuerit, non tam facilitas remunerandi expenditur, quam in ipso argumentum grati animi commendatur: sed quum prior quispiam eximia in te quadam contulerit, tum si illum parum ample demerearis, non tam deesse quod reponas, quam ipse inops sensuum ac plane ingratissimus videare. Cerno igitur iam animo quam mihi arduum sit propositum certamen, ne tanto à vobis accepto honore parum me fortassẽ dignum exhi-

beam. quippe non in sella ipsa fastigium dignitatis, sed in operibus situm, quæ illam minime dedecorent. Nam quantum præterita odimus, tantum de futuris bene speramus. Et, vt tenax est iniuriarum memoria (quod enim offendit, nunquam obliteratur) sic beneficia in ipso excidunt vsu. Siquidem non tam delectat libertas, quam seruitus offendit. neque habendam quisquam gratiam putat quod rebus suis pro arbitrio vtatur; (quippe id sibi deberi iure autumat) qui vero suis exuitur bonis, nunquam sane iniuriarum obliuiscitur. Neque quisquam lucro apponit quod vtilitatem in commune pariat. quæ enim vublice prosunt, parum cuique curæ sunt; sin qua propria cuiusque sunt, minus ex sententia cecederint, tum nemo satis secum benigne agi putat. Adhæc, quicunque enormibus tyrannorum atque immensis largitionibus insuerunt, ii, si frugalius paulo aut con-

χδ ἐν τῇ καθέδρᾳ ἡ τιμιότης, ἀλλ' ἐν τοῖς ἔργοις, εἴ τις ἀν τοῦτο μὴ καταιχύνοι. ὅσῳ γὰρ τὰ γεγόμενα ὡς φαῦλα μισεῖ, τοσούτῳ τὰ μέλλοντα, ὡς ἀγαθὰ μεγάλως
18 ἐλπίζεται. καὶ τὰ μὲν δεινὰ τῆς ἔργων, ἀεὶ μνημονεύεται· (τὸ γὰρ λυπῆσαν, δυσεξάλειπτον·) τὰ δὲ χρηστὰ, ἅμα τῇ ἀπολαύσει, καὶ τοῦτο ἀεὶ αὐτῆς
19 μνήμῃ συναναλίσκει. ἐπεὶ μὴ ὁμοίως δέφαίνει ἐλευθερία, ὡς λυπεῖ δουλεία, οὐδέ τις, ἀληθῶς τὰ ἑαυτοῦ ἔχων, ἐν χάριτος μοίρᾳ τίθεται, (τὰ ἴδια καρποῦσθαι νομίζων) ὁ δὲ τῆς οἰκείων στερηθείς, αἰώνιον ἔχων τὴν μνήμην τῆς λελυπηκότος,
20 εἴπερ εἰς τὸ κοινὸν χρηστὴ γένοιτο μεταβολή, αὐτός τε πλέον νομίζοι καρποῦσθαι,
21 ἐπεὶ τῷ μὲν δημοφελὲς καὶ κοινῇ διαφέροντος ὀλίγοις τοῖς καθ' ἕνα φέρουσι· τὸ δὲ καθ' αὑτὸν ἕκαστος εἰ μὴ κατὰ γνώμην προχωρεῖν, οὐδὲν μέγα ὠφελεῖσθαι νομίζει. 22. οἵτε εἰθισμένοι ταῖς τῆς τυραννίδος ἀκρίτοις καὶ ἀφειδέσι μεγαλοδωρεαῖς ἐντρυφᾶν, τὸ εἰς τὸ

φορη-

σωφρονέστερον ἢ μεμετρημένον, ἀλλ' ἀπάνθρωπον χρημάτων, μεταβολὴν, ἢ φιλοσώφρονα, καὶ δὲ σύμμετρον ἢ κεκερμένην διοίκησιν ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ μικρολογίαν ἢ ἀθλιότητα βίου ἐνειδίζουσιν· ἢν εἰδότες ὅτι τὸ μὲν μεγάλα καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν χαρίζεσθαι, οὐκ ἀπαθὲς ἦθος ἐστὶ, εἰ μὴ ὅτι τοῦ ἁρπάζειν ἢ βιάζεσθαι· τὸ δὲ λογισμῷ πάντα ἢ καθ' ἀξίαν ἑκάστου νέμειν, ἀνὰ τὸ δεινὸν πρᾶσσα, μὴ παρέχον ἄδικον ὑποψίαν χρημάτων, διδάσκει φειδὼ σώφρονα τῶν καλῶς πεπειδέντων, ταῦτα δὴ ὑμᾶς ἐγνωκότας χρὴ συναίρεσθαι, ἢ κοινὴν τὴν ἀρχὴν τὴν διοίκησιν νομίζοντας, ἀμφοτερογείαν τε ἀλλ' οὐ τυραννίδα ὑπομενόντας, αὐτούς τε ἀγαθὰς ἔχειν ἐλπίδας, καὶ πᾶσιν τοῖς ἀρχομένοις ταῦτα ὑπισχνεῖσθαι. Τοιαῦτα ὁ Περτίναξ εἰπὼν, ὑπήρεισέ τε σύγκλητον βουλὴν, ἢ θεὸς πάντων δημιουργὸς, πάσης τιμῆς ἢ ἀγαθῆς παρ' ἀνθρώπων τυχὼν, εἰς τε τὸν τοῦ Διὸς νεὼν ἢ τὰ λοιπὰ ἱερὰ πομφθεὶς, τάς τε ὑπὲρ τῆς βασιλείας θυσίας

tinentius ex pecunia inopiâ agere instituas, non tam tibi moderata cuidam dispensationi prudentique attribuunt, quam auaritiam continuo tibi & sordes exprobrant. neque autem cogitant, neminem posse magna cuiusvis largiri, qui se à vi atque à rapinis abstineat. Qui autem recte ac pro cujusque dignitate dispensat, non modo nihil cuiquam iniuste eripit, sed & cæteros frugi esse docet, & parcere parto. Hæc igitur cum animis vestris reputantes, admittimini vos quoque mecum, patres, communemque hanc imperii administrationem existimate. 24 *quippe in rep. optimatium non autem sub tyrannide victuri, cum ipsi optimam habere spem, tum reliquis etiam debeatis polliceri.* Hæc locutus Pertinax, senatui animum addidit: votisque exceptus & acclamationibus, habituque honorificentissime, Iouis aliorumque deorum templis consalutatis, sacrificioque de mo-

re facto, in aulam palatinam se contulit.

Contra Aquileienses magis magisque in dies virium atque animorum implebantur: & assiduitate pugnandi peritiam pariter audaciamque consecuti, sic despiciebant milites, vt etiam iocarentur in eos & cauillarentur, nihilque non contumeliæ obeunti muros Maximino exprobarent, tum in ipsum iuxta filiumque nulla non iacerent probra Quibus irritatus ac furens, cum effundere in hostes iram non liceret, plurimos è suis ducibus, quasi parum strenue atque acriter vrbem oppugnarent, extremo supplicio affecit. Quo factum vt infestiorem sibi atque iratiorem militem reddiderit, & contemptibilior fieret aduersariis. Euenit præterea, vt Aquileienses commeatu rebusque cæteris abundarent, quoniam magna diligentia quæcunque ad homines aut equos sustentandos desiderantur, in vrbem fuerant comportata: contra exercitus omnium rerum egenus, excisis feracibus arboribus,

οἱ δ' Ἀκυλήσιοι ἐπερρώννυντό τε καὶ θρασύμαλλοι πάντες 3 ἐνεπίμπλαντο· τῇ τε συνεχείᾳ τ' μάχης, πείραν καὶ δόξαν ὁμοῦ θρασυλαμβάνοντες, καταφρόνησιν τῆς στρατιᾶς· 4 ὡς καὶ ἀποσκώπτειν ὁς αὐτοὺς, ἐνυβρίζειν τε τῷ Μαξιμίνῳ θρασυνόμενοι, εἴς τε αὐτὸν καὶ τὸν παῖδα ἀπορρίπτειν δυσφήμους καὶ αἰσχρὰς βλασφημίας. ἐφ' αἷς ἐκεῖνος κινούμενος, ὀργῆς μᾶλλον ἐνεπίμπλατο. 5 χρῆσθαι δ' κατ' τῆς πολεμίων ἠδυνάμενος, ἐκόλαζε τοὺς πλείστους τῶν ἡγεμόνων τῆς ἰδίων στρατιωτῶν, ὡς ἀνάνδρως καὶ ῥαθύμως στρατηγήσαντας τῆς τειχομαχίας. ὅθεν αὐτῷ θρασυχίστο θρὸς μὲν τῶν οἰκείων, μῖσός τε καὶ ὀργή· θρὸς δὲ τῶν ἀντιπάλων, 7 πλείων ἡ καταφρόνησις. συνέβαινε δὲ τοῖς Ἀκυλησίοις πάντα ὑπάρχειν ἔκπλεα, καὶ ὑπερδεῶν ἀφθονίαν ἐν πολ-

λῇ θρασυδαπάνῃ, εἰς τὴν πόλιν πάντων στρωννυμένων ὅσα ἀνθρώποις καὶ ἡμιόνοις εἰς τροφὰς καὶ πολὰ ὑπερδέα· 8. ὁ δὲ στρατὸς, πάντων ἐν ἀφθονίᾳ, τῶν τε καρποφόρων δένδρων ἐκκεκομ-

κομμένων καὶ τῆς γῆς ὑπ' αὐτῶν δεδηωμένης. μένοντες δὲ 9
ὑπὸ σκιωαῖς αὐτοσχεδίοις, οἱ δὲ πλεῖστοι ὑπὸ γυμνῷ τῷ ἀέρι, ὄμβρων τε καὶ ψύχους ἐπεῖχον, λιμῷ τε διεφθείροντο, μηδὲ ἐπεισάκτῳ ξυφῆς αὐτοῖς τε καὶ ὑποζυγίοις εἰσκομιζομένης. πανταχόθεν γὰρ 10
τὰς τ' Ἰταλίας ὁδοὺς ἀπεφερέξαντες ἅπασαν οἱ Ῥωμαῖοι, τειχίων τε ἐγέρσεσι καὶ πυλίδων ἀσπίσεσιν. ἄνδρας τε ὑπὲρ πεντήκοντας ἐξέπεμψεν ἡ σύγκλητος καὶ ὁπλέκλοις καὶ λογάσιν ἀπ' Ἰταλίας πάσης ἀνδράσιν, ἵν' αἰχμαλοί τε πάντες καὶ λιμένες φρουρῶνται, καὶ μηδενὶ ἔκπλους συγχωρῆται· ὡς ἄπυστα καὶ ἄγνωστα εἶη Μάξιμίνῳ τὰ ἐν Ῥώμῃ πραττόμενα. οὔτε λεωφόροι ὁδοὶ καὶ ἀτραποὶ πᾶσαι ἐφυλάττοντο, ὡς μηδένα διαβαίνειν· σωμένβαινε δ', τὸν στρατὸν δοκοῦντα πολιορκεῖν, αὐτὸν πολιορκεῖσθαι· ἐπεὶ μήτε τὴν Ἀκυλητίαν ἐλεῖν ἐδύνατο μήτε ἀποσὰς ἐκεῖθεν, ἐπὶ τὴν Ῥώμην χωρῆσαι, διά τε νηῶν καὶ ὀχημάτων ἀπορίαν. 14. ἅπαντα γὰρ παρῃρέθη καὶ συνεκέκλειστο, φῆμαι δὲ μείζους ἐξ ὑποψίας ἀληmaius

agroque omni peruastato, partim sub tumultuariis tentoriis agitabant, partim sub aperto cælo tolerabant frigus atque imbres. siquidem nihil alimenti vel ipsis vel iumentis importabatur, obsessis omnibus Italiæ itineribus Romanorum diligentia, murisque & portis excitatis. Etenim viros cõsulares cum lectissimis ac spectatissimis hominibus ex Italia tota miserat senatus, qui litora portusque tutarentur. neque cuiquam potestatem facerent nauigandi: sic vt inaudita incognitaque forent Maximino quæcunque Romæ agitabantur. Quin viæ quoque omnes & calles, ne quis transiret, diligentissime seruabantur. Ita eueniebat, vt exercitus qui vrbem obsidebat, ipse inuicem obsideretur. Nam neque Aquileiam capere, neque Romam proficisci poterat, nauigiorum ac vehiculorum penuria: quæ omnia prius occupata & cõclusa fuerant. Rumores quoque suspicionibus in

maius augebantur, esse vniuersum in armis Romanum populū: consensisse Italiam gentesque omnes Illyricas, barbarasque, quascunque aut oriens aut meridies videt, ad exercitum contrahendum, cōiuratas in Maximini odium. Quare desperantes milites, omniū rerum penuria laborabant, vixque aquæ satis habebant: quam etiam pollutam sanguine & cædibus de flumine hauriebant. Nam & Aquileienses, cadauera suorum, quæ humari non poterant, in flumina præcipitabant: & qui ferro morboque in exercitu perierant, itidem alueo demergebantur: inter quos etiam qui inopia ciborum confecti, vix adhuc spiritum retentabant. Cum igitur ad hunc modum mœstus atque inops exercitus esset, repente dum sub tentorio quiescit Maximinus, vacuo die à pugna, cum plerique aut in tabernacula, aut in suas quisque stationes concessissent, visum est militibus iis, quorum ad vrbem Romam sub

15 δείας ἐδίδοντο, ὅπ πᾶς ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων ἐν ὅπλοις εἴη, Ἰταλία τε πᾶσα συμπεπνεύκοι, πάντα τε ἔθνη Ἰλλυρικὰ καὶ βάρβαρα, τά τε ὑπ' ἀνατολὰς καὶ μεσημβρίας, στρατὸν ἀγείροι· μιᾷ τε γνώμῃ καὶ ψυχῇ ὁμοίως Μαξιμίνου μεμίσηται. ὅθεν ἐν ἀπογνώσει ὢσαν καὶ πάντων ἀπάνθρωποι στρατιῶται, σχεδὸν καὶ ὕδατος αὐτῶν. ὁ γὰρ ἵππος μόνον ἐκ τοῦ βαρβάρου πολεμίου ποτὸν, αἵματι καὶ φόνοις μεμιασμένον ἐπίνετο. οἵτε γὰρ Ἀκυλήϊοι, τοὺς ἐν τῇ πόλει τελευτῶντας καὶ ἔχοντες ὅπως θάψωσιν, εἰς τὸ πολεμίου ἀπορρίπτουν· οἵτε ἐν τῷ στρατῷ φονευόμενοι ἢ διαφθειρόμενοι νόσῳ, ἐδίδοντο τοῖς ῥεύμασι, καὶ ἐκόντων αὐτῶν τὰ σώματα ὀπτήδεια. Παντοδαπῆς δὲ ἀπορίας καὶ δυσθυμίας τὸν στρατὸν καταλαβούσης, αἰφνιδίως ἀναπαυομένου τοῦ Μαξίμινου ἐν τῇ σκηνῇ, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐν ἀνέσει ὄντος πολέμου ὄντος, τῶν τε πλείστων εἰς τὰς σκηνὰς καὶ τὰ ἐγκεχειρισμένα τοῖς ἡγεμόσιν χωρία ἀναχωρησάντων, 21. ἔδοξε τοῖς στρατιώταις οἷς

πρὸς τῇ Ῥωμαίων πόλει στρατόπεδον εἶχον ὑπὸ τὸ καλούμενον ὄρος Ἄλβανον, ἔνθα παῖδας καὶ γυναῖκας καταλελοίπεσαν, φονεῦσαι τὸν Μαξιμῖνον· ὡς παύσαιντο μὲν χρονίᾳ καὶ ἀνηράντῳ πολιορκίᾳ, μήκετι ὦσι πορθοῦσιν Ἰταλίαν ὑπὲρ τυράννου κατεγνωσμένης καὶ μεμισημένης. τολμήσαντες δὲ ἐπάσῃ τῇ σκηνῇ αὐτῶν περὶ μέσην ἡμέραν. σωφρονούντων δ' αὐλοῖς καὶ τῶν φρουρούντων δορυφόρων, τάς τε εἰκόνας ἐκ τῶν σημείων καθαιροῦσι, καὶ αὐτὸν σὺν τῷ παιδὶ προελθόντα ἐκ σκηνῆς, ὡς δὴ ἄρα διαλέξαιτο αὐλοῖς, ἐκ ἀναχόμενοι ἀναιροῦσι. φονεύσαντες δὲ καὶ τὸν ἔπαρχον τῶν στρατῶν, πάντας τε τοὺς ἐκείνῳ θυμήρεις φίλους· ῥίψαντές τε τὰ σώματα τοῖς θηλυμένοις ἐνυβρίζειν καὶ παθεῖν, εἴασαν κυσί τε καὶ ὄρνισι βορά. 26. τῶν δὲ Μαξιμίνου καὶ τοῦ παιδὸς τὰς κεφαλὰς εἰς τὴν Ῥώμην ἔπεμψαν. τοιούτῳ μὲν δὴ τέλει Μαξιμῖνος καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ ἐχρήσαντο, δίκας πονηρὰς ἀφ' ὧν ἔδρων ὑποσχόντες.

monte Albano castra erant, atque in his liberi eorum coniugesque relictæ. neci dedere Maximinum: vt aliquando à diuturna & inexplicabili obsidione requiescerent, neque Italiæ bellum inferrent in tyranni gratiam, damnati omnibus & inuisi. Quocirca occupata audacia, sub medium ferme diem ad illius tentorium contendunt, conspirantibus vna corporis custodibus. Ibique postquam de signis militaribus illius imagines detraxerunt, prodeuntem mox tentorio cum filio, vt ad eos loquerentur, continuo obtruncant, vnaque præfectum prætorio, & quoscunque clarissimos ille habuerat. Proiectaque ad ludibrium cadauera, canibus dein volucribusque lanianda reliquerunt, missis tantum Romam imperatorũ capitibus. Hunc habuit finem Maximinus cũ filio: ita male gesti imperii dedere ambo supplicium.

Cæte-

6. CAEterum exercitus hærebat, nec audita principum. Neque enim perinde omnibus grata, præsertimque Pannoniis Thracibusque barbaris, qui scilicet imperium illi tradiderant. Sed quando infectum fieri iam nequibat, ferebant, quanquam inuiti, & se gaudere cum cæteris simulabãt. Quare depositis armis, pacatorum habitu, ad Aquileiæ muros accesserunt: nuntiataque cæde Maximini, petebant vt sibi portæ aperirentur, amicis iam, qui pridie hostes fuissent. Enimuero Aquileiensium duces haud passi, proponunt Maximi & Balbini ac Gordiani Cæsaris imagines, coronis & lauro redimitas. Quibus ipsi acclamantes, etiam hortabantur exercitum, vt agnoscerent, salutarentque, & lætis exciperent vocibus quos senatus populusque Romanus Imperatores elegisset. nam Gordianos illos superiores cum diis agere æuum. Sed & forum rerum venalium sum-

1 Ὁ δὲ στρατὸς πᾶς ὡς ἐπύθετο τὰ γενόμενα, ἔν τε ἀφασίᾳ ἦσαν, καὶ ἐπάνω πως ἀχθέντι πάντες ἠρέσκοντο· καὶ μάλιστά γε οἱ Παίονες, καὶ ὅσοι βάρβαροι Θρᾷκες, οἷς καὶ πλεῖστα αὐτῷ ἐλπεί-
2 χειν ἔσαν. πλὴν τῷ ἔργῳ ἅπαξ γεγονότι, ἄκοντες μὲν, ἔφερον δέ· ἀνάγκη τε ἦν συνήθεις τοῖς παροῦσιν ὑπο-
3 κρινομένοις. καταθέμενοί τε τὰ ὅπλα, ἐν εἰρηνικῷ σχήματι παρῆσαν τοῖς τείχεσι τοῖς Ἀκυληίων, ἀγγέλλοντες τὸν φόνον τῷ Μαξιμίνῳ.
4 τὰς δὲ πύλας ἀνοίγειν ἠξίουν, δέχεσθαί τε φίλους τοὺς ἐχθροὺς. οἱ δὲ τῶν Ἀκυληίων στρατηγοὶ τὰς μὲν πύλας
5 ἀνοῖξαι οὐκ ἐπέτρεψαν. παρόντες δὲ τὰς εἰκόνας Μαξίμου καὶ Βαλβίνου, Γορδιανοῦ τε καίσαρος, στεφάνοις καὶ δάφναις κεκοσμημένας, αὐτοί

πε ἀφῆμαι, καὶ τοὺς στρατιώτας ἠξίουν γνώσεσθαι καὶ ἀνήκεστον, ἀφημῆσαί τε τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίων συγκλήτου ἀναδεχθέντας αὐτοκράτορας. 6. Γορδιανὸς δὲ ἔλεγεν ἐκείνους εἰς ἀρχὴν καὶ θεὸν ἀνακεχωρηκέναι. παρῆσάν τε ὑπὸ τῶν τειχῶν ἀ-

ρχὴν,

χρεὼν, ὥνιον παρέχοντες πάντων τῶν ὀπτηδείων, ξυφῶν τε παντοδαπῶν καὶ ποτῶν, ἀφθονίαν· ἐσθῆτός τε καὶ ὑποδημάτων, καὶ ὅσα ἐδώδαλο παρέχειν εἰς χρῆσιν ἀνθρώποις πόλις εὐδαιμονοῦσα καὶ ἀκμάζουσα. ὅθεν καὶ μᾶλλον ἐξεπλάγη ὁ στρατὸς, σωτὴς ὂν τοῖς μὲν πάντα αὐτάρκη ἔω, εἰ καὶ ὀπὶ πλέον πολιορκοῖντο, αὐτοὶ δ' ἐν ἀσάνει πάντων τῶν ὀπτηδείων δᾶηον διεφθάρησαν, ἢ ἔλον πάντα ἔχοσαν πόλιν. ὁ δ' στρατὸς ἔμενε παρὰ τοῖς τείχεσιν, ἔχων τὰ χρειώδη, ἅπερ ἀπὸ τῆς τειχῶν ἐλάμβανον, ὅσα ἔκας ἐβούλετο. διελέγοντό τε ἀλλήλοις. καὶ ἦν εἰρήνης μὲν καὶ φιλίας διάθεσις, ἅμα δ' ἐπ πολιορκίας, τῶν τειχῶν κεκλεισμένων καὶ τῶ στρατῶ περὶ αὐτὰ διατριβομένω. Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν Ἀκυληίαν, ἐν τούτοις ἦν. οἱ δ' ἱππεῖς οἱ τῶ Μαξιμίνω κεφαλὴν κομίζοντες ἀπὸ τῆς Ἀκυληίας, ὁδοιπορήσαντες μὴ πάσης ἐπείξεως, οἷς ὀπτοιπόσιν ἀυλοῖς τὰς λοιπὰς πόλεις, πύλας αὐτοίγυιλο, καὶ δαφνηφορῆντες ἀντὸς οἱ δῆμοι ὑπεδέχοντο. ὡς δ' διέπλευσαν τὰς λί-

pra muros exposuerunt, magna ciborum vinique copia, præterea que vestium & calceorum, rerumque adeo omnium, quas præbere hominibus posset ciuitas beata & florens. Igitur magis magisque ea res exercitum obstupefecit, cogitantem fuisse illis abunde omnia, etiam ad longiorem obsidionem sufficiendam: contraque se magna egestate omnium, prius aliquanto perituros quam vrbe omnibus circunfluente copiis potirentur. Ita manente sub muris exercitu, & quæ cuique vsui forent, inde sumentibus, colloquentibusque inter se, pacis erat amicitiæque velut habitus, manente adhuc obsidionis specie, cum scilicet clausa mœnia Romanus circunsideret exercitus. Dum hæc ad Aquileiam geruntur, interea equites, qui Maximini caput Romam ferebant, magno studio accelerantes, patentibus vbique portis ac laureata populorum frequentia excepti, stagnis paludibusq;

inter

inter Altinum ac Rauennam enauigatis, Maximum in vrbe Rauenna inuenerunt, delectos ex vrbe & Italia contrahentem milites, ac Germanorum auxiliares, qui beneuolentiæ nomine publice à popularibus missi fuerant, quibus olim Maximus cum imperio diligentissime præfuerat. Ergo paranti copias aduersus Maximinum, repente occurrunt equites, capita ferentes principum, victoriamque nuntiantes, & rerum prosperos successus; consensumque exercitus & populi ad eosdem colendos principes, quos senatus elegisset. His igitur præter spem nuntiatis, statim ad aras sacrificatum discurritur, victoriam canentibus vniuersis, quam citra pulueris iactum sibi pepererant. Enimuero Maximus peracto sacrificio Romam dimittit equites, vt rem gestam populo narrent, & capita illa perferant. Qui postquam peruenere in vrbem, atque infixa contis hostilia capita omni-

μνας καὶ πενάγη μεταξὺ Ἀλτίνου καὶ Ῥαβέννης, φθείτυχον Μαξίμῳ αὐτοκράτορι διατρίβοντι ἐν Ῥαβέννῃ. ἔνθα τὸς ἀπὸ Ῥώμης ὁπλέκλης καὶ τὸς ἐκ τῆς Ἰταλίας λοχάδας ἠθροιζεν. ἀφίκλο ὦ αὐτῷ καὶ Γερμανῶν ἐκ ὀλίγη συμμαχία, περιφθεῖσα ὑπ' αὐτῆς καθ' ἅνοιαν ὡ εἶχεν πρὸς αὐτὸν ἀπώθεν, ἐξ ὧν ὡ αὐτῆς ὁπμελῶς ἀξιὰς προσκυλάζοντι ὧν αὐτῷ τὰ δωρεμν ὡς πολεμήσουσι τῷ Μαξίμνι στρατῷ, περιόασιν οἱ ἱππεῖς τὴν κεφαλὴν τε Μαξίμνι καὶ τὸς παιδὸς φέροντες, νίκλν τε καὶ ἀπροσδοκίαν ἀγγέλλοντες, ὅτι τὰ ἄρα ὁ στρατὸς τὰ Ῥωμαίων φρονεῖ, καὶ σέβει αὐτοκράτορας ὃς ἢ σύγκλητος ἐποίησε. τότων ὦ παρελπίδα ἀγγελθέντων, θυσία τε βωμοῖς εὐθὺς προσήγοντο, καὶ νίκλν ἐπαινίζον πάντες ὡ ἀκονίτι ἐνίκησαν. ὁ ὦ Μάξιμος, καλλιερήσας, ἐκπέμπει τὸς ἱππεῖς εἰς τὴν Ῥώμλν ἀγγελίας τε τὰ πραχθέντα τῷ δήμῳ καὶ τὴν κεφαλὴν κομίσοντας. 16. ἐπεὶ ὦ ἀφίκοντο, εἰσέπεσον τε εἰς τὴν πόλιν, δεικνύντες τὴν κεφαλὴν τε

πολε-

πολεμίᾳ ἀνεπολεμωμένῳ, ὡς πᾶσι φίλοις εἶη, ἐλπίσαντες ἐπὶ τῇ ἐκείνου τιμῇ τὴν ἡμέραν ἑορτάσειν. ἔτι γὰρ ἡλικία πᾶσα ἐς τοὺς βωμοὺς καὶ τὰ ἱερὰ ἐσπήδα· καὶ οὐδεὶς ἔμενεν οἴκοι, ἀλλ' ὥσπερ ἐνθουσιῶντες ἐφέροντο, σωμπεφορημένοί τε ἀλλήλοις, καὶ ἐς τὸν ἱππόδρομον συνθέοντες ὥσπερ ἐκκλησιάζοντες χωρίον. ὁ δὲ Βαλβῖνος καὶ αὐτὸς ἑκατόμβας ἔθυε· καὶ ἀρχαί τε πᾶσαι καὶ σύγκλητος, ἕκαστός τε ὡσπερ ἐποτρυνόμενος καὶ πλέκειν τοῖς ἀνδράσιν ἐπινίκια ἐπιτηδεύοντες, ὥσπερ ἐφαίνετο. ἐς τε τὰ ἔθνη ἄγγελοι καὶ κήρυκες διεφοίτησαν.

bus conspicienda prætulerunt, nemo vtique verbis vllis consequi posset festum lætitiamque eius diei. Nulla quippe fuit ætas quæ non ad aras & templa festinaret; nemo qui domi se continuerit; sed ibant ceu lymphati, gratantes inuicem, atque in circum veluti futura concione frequentes concurrebant: Ipseque Balbinus hecatombas immolabat, nullique non magistratus, nulli non è senatorio ordine lætabundi supra quam dici posset agitabant, quasi securim cervicibus imminentem excussissent. Igitur nuntii legatique per omnes prouincias laureati dimittebantur.

Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ῥώμην, ἑορτῆς εἶχεν ὕπως. ὁ δὲ Μάξιμος, ἐπὶ τὴν Ῥαβέννης ἄφιξις, ἐπὶ τὴν Ἀκυληΐαν, διαβὰς τὰ τενάγη ἅπερ ὑπὸ Ἠριδανοῦ πλημμυρούμενα καὶ ἐς θαλάσσης ἀποκειμένων ἕλῶν, ἐπὶ τὰ εἴσω ἐς θάλασσαν ἐκχεῖται· ἔνθεν καὶ τῇ φωνῇ χαλῶσιν οἱ ἐγχώριοι ἑπτὰ πελάγη τὰ λίμνας ἐκείνας. ἐξ δὲ οἱ Ἀκυληΐοι τὰς Μα-

DVmque ad hunc modum tanta Romanum pop. lætitia tenebat, interea Maximus Rauēna profectus Aquileiam peruenit, transmissis paludibus in quas fluuius Eridanus ac vicina exundant stagna, sic vt per ora septem in mare præcipitentur. Itaque indigenæ patria lingua paludem illam septem-maria appellant. Statim igitur Aquileienses

Maximum reseratis portis excepere: nullæque non Italiæ ciuitates legatos mittebant, principes viros, candidatos ac laureatos: & deorum patriorum simulacra aureasque coronas, siquæ in donariis fuerant, comportantes, qui fausta omnia Maximo acclamarent, & frondibus eum conspergerent. Quin exercitus etiam qui Aquileiam circumsederat, pacato habitu prodibat laureatus, non tam vero concordique affectu vniuersorum, quam ficta beneuolentia, & honore temporario ad præsentem fortunam principis accommodato: plerisq; tamen indignantibus ac dolentibus clanculum, quem ipsi elegerant, cecidisse, rerum potiri quem senatus creauerat. Enimuero Maximus, vno alteroque die sacrificiis absumpto, tertio dein exercitum omnem in planitiem conuocauit, atque ex tribunali ad hunc modũ verba fecit. *Quam fuerit ex vsu vobis pœnitentia, & reconciliata cum Romanis*

ἀνοίξαντες ὑπεδέχοντο, αἵ-
τε ἀπὸ Ἰταλίας πόλεις πρε-
σβείας ἔπεμπον ἀπὸ τῆς πρω-
τευόντων παρ' αὐτοῖς ἀνδρῶν·
4 οἱ λευχειμονοῦντες καὶ δαφνη-
φόροι, θεῶν πατρίων ἕκαστοι
προσκόμιζον ἀγάλματα, καὶ
εἴπνεον ἅπαν στέφανοι χρυσοῦ
ἐξ ἀναθημάτων· ἐφήμευόν τε
καὶ ἐφυλλοβολοῦντο τὸν Μάξι-
5 μον· ὁ δὲ στρατὸς τὸν Ἀκυλήιαν
πολιορκήσας, προσήει καὶ αὐ-
τὸς ἐν εἰρηνικῷ σχήματι δα-
φνηφορῶν, οὐκ ἐξ ἀληθοῦς
μὲν διαθέσεως πᾶς, προσ-
ποιήτῳ δὲ γνώμῃ καὶ πομπῇ,
ἅτε τὸν παρόντα ἐξ ἀνάγκης τὸ βα-
6 σιλείας τύχῃ. οἱ πλεῖστοι δὲ
αὐτῶν ἠχανάκλων καὶ λανθα-
νόντως ἤλγουν, τὸν μὲν ὑπ' αὐ-
τῶν ὑποκεχθέντα βασιλέα,
καθηρημένον, κρατοῦντας δὲ τοὺς
7 ὑπὸ συγκλήτου ἠρημένους. ὁ δὲ
Μάξιμος ἐν τῇ Ἀκυλήιᾳ
ὢν, πρώτης μὲν καὶ
δευτέρας ἡμέρας ἱερουργίαις
ἐσχόλαζε, τῇ δὲ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν συγκαλέσας ἐς τὸ πεδίον πάν-
τα τὸν στρατὸν, βήματός τε αὐτῷ κατασκευασθέντος, ἔλεξε τοιά-
δε, 8. Ὅσον μὲν ὑμᾶς ὤνησε μετανοήσαντας τε καὶ τὰ Ῥωμαίων

φρο-

Φρονήσαντας, πείρᾳ μεμαθήκατε, ἀντὶ πολέμου μὲν εἰρήνην ἔχοντες πρὸς θεὸς, ὃς ὀμωμόκατε, καὶ ναῦν φυλάττοντες τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον, ὅς ἐστι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς σεμνὸν μυστήριον. χρὴ οὖν ὑμᾶς 9 καὶ τὰ λοιπὰ δίκαι πάντως τόπων ἀπολαύειν, τὰ πρὸ τηρήσαντας Ῥωμαίοις τε καὶ συγκλήτῳ καὶ αὐτοκράτορσιν ἡμῖν· ὃς ἐξ ἀρχαίας καὶ πολ 10 λῶν προόδων, καὶ μαχῶν διαδοχῆς, ὥσπερ καθ' ἁρμονίαν ἐπιτεχθεὶς ὁ δῆμος καὶ ἡ σύγκλητος ἐπελέξαντο. ᾧ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς 11 ἴδιον κτῆμα ἡ ἀρχὴ, ἀλλὰ κοινὸν τῶν Ῥωμαίων δήμου ἄνωθεν, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἡ τῆς βασιλείας ἵδρυται τύχη. ἡμεῖς 12 δὲ οἰκεῖον καὶ δίκαιον τὰ τῆς ἀρχῆς σοὶ ὑμῖν ἐγκεχειρίσμεθα. ταῦτα δὲ μετ' εὐταξίας τε καὶ κόσμου τοῦ πρέποντος, αἰδοῦς τε καὶ πίστεως πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ὑμῖν μὲν εὐδαιμονίαν καὶ 13 πάντων ἀνενδεᾶ παρέξει βίον, τοῖς δ' ἄλλοις πᾶσιν ἀνθρώποις, κατά τε ἔθνη καὶ πόλεις εἰρηνεύειν καὶ πρὸς τοὺς ἡγου-

gratia, re ipsa didicistis, pacem videlicet pro bello agitantes: seruato etiam militari iureiurando, quod est vnum Romani principatus mysterium sanctissimum. Quare debetis etiam deinceps huiusce modi commodis frui, fidem populo seruantes senatuique Rom. & nobis Imperatoribus, quos a nobilitate & rebus gestis, longaque serie generis, quasi per gradus quosdam prouectos, pari iudicio S. P. Q. R. elegerunt. Neque enim vnius tantum hominis peculiaris possessio principatus est; sed communis antiquitus totius Romani pop. Siquidem in illa vrbe sita est imperii fortuna: nobis autem dispensatio tantum atque administratio principatus vna vobiscum demandata est. Qui si ordinem, quem decet, ac modestiam retinebitis, si debitum principibus honorem ac reuerentiam exhibebitis, cum ipsi beatam vitam bonisque omnibus affluentem adipiscemini: tum nationes accensitae vniuersa pacem colentes in officio permanebunt. Vniuersis autem cunctis

ex animi vestri sententia, domi suæ quisque: neque in externis regionibus conflictabimini. Vt autem barbaræ gentes pacem quietemque tueantur, nobiscum erit hic labor. Nam cum duo sint Imperatores, facilius vrbana res administrabuntur, atque externa: præsto scilicet futuro facile alterutro; quocunque vsus vocauerit. Neque vero suspicemini, rerum superiorum memoriam vllam superfore aut in nobis (quippe nihil non iussi fecistis) aut in Rom. pop. nationibusque aliis; quæcunque ob acceptas iniurias defecerunt. Sit omnium oblivio, sit fœdus constantis amicitiæ, fidesque beneuolentiæ ac moderationis sempiterna. Hæc locutus Maximus, ac pecunias magna copia pollicitus, paucos Aquileiæ commoratus dies, Romam reuerti constituit. Igitur dimisso exercitu reliquo in prouinciis castraque propria, Romam reuertitur ipse, cum stipatoribus, iis quibus

μένως πειθώ. βιώσεσθέ τε καὶ χρήμασιν ἐν τοῖς οἰκείοις, οὐκ ἐν ἀλλοδαπῇ κακοπαθοῦντες. ὅπως δ' ἂν τὰ βάρβαρα ἡσυχάζειν ἔδῃ, δεῖ φρενῶν δυοῖν ἡμᾶς ἔξομεν. δύο μὲν ὄντων βασιλέων, διῃρέσεως καὶ τὰ ἐν τῇ Ῥώμῃ διοικήσεται, κἂν εἰ ὁπότε τῆς ἀλλοδαπῆς ἐπείροι, πρὸς τὴν χρείαν αὖθις τῶν πρὸς τὰ κάλλιστα ῥᾳδίως παρέσται. μηδέ τις ὑμῶν οἰέσθω τῶν πεπραγμένων ἔτι τινὰ μνήμην, εἴτε ὑφ' ἡμῶν (ἐκελεύσατε γάρ) εἴτε ὑπὸ Ῥωμαίων, ἢ δι' ἄλλων ἐπιτηδείων ἀδικούμενοι ἀπέστητε· ἀλλὰ γέγονέτω πάντων ἀμνηστία, καὶ σπονδαὶ φιλίας βεβαίου, δυνάμεως τε καὶ δικαιοσύνης πίστις αἰώνιος. Τοιαῦτά τινα εἰπὼν ὁ Μάξιμος, νομάς τε χρημάτων μεγαλοφρόνως αὐτοῖς ἐπαγγείλας ὀλίγων ἡμερῶν ἐνδιατρίψας ἐν τῇ Ἀκυληίᾳ, πρὸς Ῥώμην ἐπάνοδον συν-

χροτεῖ. 20. καὶ τὸ μὲν ἄλλο στράτευμα βασιλικὸν ἀπέπεμψεν ἐς τὰ ἔθνη καὶ τὰ οἰκεῖα στρατόπεδα. αὐτὸς δ' ἐπανῆλθεν ἐς Ῥώμην, σύν τε τοῖς δορυφόροις, οἳ βασίλειον φρουρεῖν ἄρχουσι, σύν

τε

τε τοῖς ὑπὸ Βαλβίνῳ στρατευομένοις. ἐπανῆλθον δὲ καὶ οἱ ἀπὸ Γερμανίας ἐλπυδότες σύμμαχοι. ἐθάρσει γὰρ αὐτῷ τῇ διανοίᾳ, ἅτε καὶ τὸ ἔθνος ἀπεικῶς πρότερον ἀρξας ὅτε ἰδιώτευεν. εἰσιόντι δὲ αὐτῷ ἐς τὴν Ῥώμην ὅ, τε Βαλβῖνος ἀπήντησε, παραγόμενος Γορδιανὸν καίσαρα· ἥ τε σύγκλητος καὶ ὁ δῆμος διφιέντες, ὥσπερ θριαμβεύοντας ὑπεδέχοντο.

21 Albino fuerant, neque non auxiliaribus Germanis, quorum potiſſimum fidei confidebat, vtpote quibus olim, nondum adepto imperio, cum poteſtate præfuerat,
22 Ingredienti vrbem etiam Albinus occurrit, Gordianum cæſarem ſecum adducens: ſenatus autem populusque vniuerſus, lætis acclamationibus veluti triumphantes exceperunt.

Ἦρχεν δὲ τῆς λοιπῆς τε πόλεως μετὰ πάσης διαξίας καὶ διακοσμίας, ἰδιᾷ τε καὶ δημοσίᾳ παντα χῆ διφιέμενοι. ἔχαιρέ τε ὁ δῆμος αὐτοῖς, σεμνυνόμενος διπατρίδας καὶ ἀξίους τῆς βασιλείας αὐτοκράτορσιν. οἱ μέντοι στρατιῶται διοίδαινον τὰς ψυχὰς, καὶ ὅτε τὴν διφημίαν τὸ δῆμος ἠρέσκετο, ἐβαρυῶντό τε αὐτῇ ἀνθ' ἑαυτῶν δόξῃ, καὶ ἠγανάκτουν ὅτι ἄρα ἔχιεν ἐκ συγκλήτου βασιλέας. ἐλύποιν δὲ αὐτοὺς καὶ οἱ Γερμανοὶ παρόντες τῷ Μαξίμῳ, ἐν τε τῇ Ῥώμῃ διαζίβοντες. ἀπιπάλους γὰρ

1 POſt id autem, cum publice priuatimque magna modeſtia & grauitate imperium gubernaretur, omnesque omnia bona dicerent, lætareturq; populus & gloriaretur patriciis imperioque dignis principibus, militum tamen vlceroſi animi, populares illas acclamationes haud æquis auribus accipiebant, ipſamque illam nobilitatem grauabantur, indigne ferentes datos ſibi à ſenatu principes. Angebant præterea eos Germani quos in vrbe ſecum
2 Maximus retinuerat. Nam futuros vindices ſperabant

siquid ipsi maius ausi forent: etiamque insidias suspectabant, ne forte ab illis per fraudem exarmarentur, memores Seueri principis, qui etiam Pertinacis interfectores exauctorauerat. Cum itaque ludi Capitolini celebrarentur, deditis festo ac spectaculis omnium mentibus, repente dissimulatum diu sensum milites indicarunt. Namque ira instincti, ac vesano quodam motu vnanimiter ad regiam concurrentes, senes principes ad necem deposcebant. Forte accidit, vt ne ipsi quidem inter se satis congruerent: sed (vt est regnandi inexhausta auiditas, atque incommunicabilis natura potestatis) vterque ad se summam imperii trahebat. Etenim Albino claritudo natalium, atque iterum gestus consulatus; Maximo autem præfectura Vrbi, & quod rerum peritus habebatur, animos faciebant: vtrumq; tamen patritia nobilitas, &

ἔξειν ἤλπιζον εἴπ τολμῶεν· καὶ ἐφεδρεύειν αὐτοῖς ὑπώπτευον, εἴ πνι δόλῳ ἀποζωθεῖεν ἐκεῖνο, καὶ ἅτε παέγντες ῥᾳδίως ὑποκατα-
4 σχῇεν. τό, τε Σεβήρε ὑπόδειγμα, ὃς τὺς Περτίνακα ὑποκλείναντας ἀπέζωσεν, εἰσήει αὐτύς. ὀπλελυμένε ὃ ἀγῶνος τῆ τῆ Καπετωλίων, πάντων τε ὁμοῦ πανήγυεν καὶ τὰς θέας ἀγαλυμένων, ἀφνιδίως ὧν εἶχον γνώμων λανθάνεσαν
5 ἐξέφηναν· καὶ ὃ δημῶ μὴ κρατήσαντες, ὁρμῇ ὃ ἀλόγῳ χρησύμενοι, ἀνῆλθον ὁμοθυμαδὸν εἰς τὰ βασίλεια, τοῖς τε φρεσβύτοις βασι-
7 λεῦσιν ἐπεισῆλθον. σωέβαίνε ὃ κἀκείνως μὴ πάνυ τ ἀλλήλοις ὁμονοεῖν, ἀλλ' οἰάφορ μοναρχίας ὀπθυμία, καὶ τὸ ἀκοινώνητον ἐν τοῖς ἐξεσίαις, ἑκάς ὃ πρὸς αὐτὸν τὴν δυώαμιν ἀνθεῖλκεν·
8. ὁ μὲν Βαλβῖνος, καθ' ἡλικίαν καὶ δικλῶ προάγεσαν ὑπατείαν πρωτεύειν ἀξιῶν, ὁ ὃ Μάξιμος, διά τε τὸ ἔπαρχον τῆς πόλεως γεγονέναι, καὶ ἔχειν ὑπολήψεις ἐμπειρίας πραγμάτων· 9. ἑκατέρωθέν τε ἀγχυῆς ἀπαρίδας

καὶ

καὶ ὄχλος πλῆθος αὐταρχεῖς ἐπὶ δυναστείαν μοναρχίας ἔπηδεν. ὅθεν αὐτοῖς καὶ μάλιστα γέγονεν ἀπωλείας αἴτιον. ὡς γὰρ ἐπύθετο ὁ Μάξιμος ἀφικνεῖσθαι ἐπ' ὀλέθρῳ αὐτοῦ τοὺς στρατιωτικοὺς καλουμένους, ἐβούλετο μὲν ἀπέμψασθαι τοὺς Γερμανοὺς συμμάχους, ὄντας ἐν Ῥώμῃ, αὐτάρκεις ἐσομένους ἀμύνασθαι τοῖς ἐπιβουλεύουσιν. ὁ δὲ Βαλβῖνος, οἰόμενός 11 τινα δόλον εἶναι καὶ' αὐτοῦ καὶ σόφισμα, (ἤδει γὰρ τοὺς Γερμανοὺς τῷ Μαξίμῳ δυνατοὺς) ἐκώλυε, φάσκων δεῖν ἐς κωλύμην ἐλθεῖν ἐς ἀμύνασιν αὐτοὺς τῶν στρατιωτικῶν ἀφίξεως, ἀλλ' ἐς τὸ ἐξαιρεῖσθαι τῷ Μαξίμῳ τὴν μοναρχίαν. ἐν ᾧ δὲ περὶ τούτων διαφέρονται, εἰσθρασύντες οἱ στρατιῶται ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες, ἐκβάλλουσιν αὐτοῖς τῶν περὶ τὰς αὐλείας εἰσόδους φυλαττόντων, ἁρπάζουσι τοὺς πρεσβύτας· πε- 13 ριρρήξαντες δὲ ἃς εἶχον περὶ τοῖς σώμασιν ἐσθῆτας λιτὰς, ἀτ' οἶκοι διατρίβοντες, γυμνοὺς τῆς βασιλείου αὐλῆς ἐξέλκουσι μέχρι πάσης αἰσχύνης καὶ ὕβρεως, παίοντές τε καὶ καταπλοκ-

quantum satis esset, illustre genus, ad summum imperium stimulabant. Quæ res imprimis ambos perdidit. Nam vbi primum audito Maximus venisse ad se occidendum milites, qui prætoriani appellantur arcessere statim Germanos auxiliares statuerat; qui scilicet in vrbe ipsa erãt, ac posse resistere prætorianis videbantur. at Albinus dolum contra se compositamque aliquam suspectans fraudẽ, quod studere Maximo Germanos cognouerat, prohibuit acciri illos: negans ad prohibendos repellendosq; prætorianos conuocari; sed id agi, vt summa rerum solus Maximus potiatur. Aç dum inter se ad hunc modũ disceptant, ecce tibi vnanimiter milites, impetu in aulam facto, turbatis ianuarum custodibus, senem corripiunt vtrunque, laceratisque vestibus quas gerebant, vilioribus sane, vtpote domi se continentium, nudos ipsos ex aula abstrahunt, ac per omnem ignominiam contumeliamque cædentes irri-

dentesque senatorios Imperatores, barbamque & supercilia vellentes, neque vlli parcentes corporis totius ludibrio, per mediam vrbem ad castra deducebant: ne occidere quidem illos in regia decreti, sed lento mortis genere prius excarnificare, quo dolorem diutius perpeterentur. Sed vbi Germanos rei deinde cognita, raptis armis, in auxilium concurrere nuntiatum prætorianis est, ista-14 tim illos nullo non ludibrio prius affectos contrucidant. Relictisque in ipsa via cadaueribus, tollentes in altum manibus Gordianum Cæsarem, quando aliud nihil occurrit, Imperatorem consalutabant: identidem ad populum vociferantes, iacere ipsorum manu, quos populus ab initio recusauerat: electumque Gordianum Gordiani nepotem, quem ipse Rom pop. ad im-16 perium compulisset. Hunc igitur secum deducentes, coiere in castra, clausisque portis quieti agitabant. At Germani vbi occisos proie-

τες τὸς ἀπὸ συγκλήτε βασιλέας, γυμνούντε καὶ ὀφρύων ἀποτιλμοῖς, καὶ πάσαις τῆς σώματος λώβαις ἐμπαροινοῦντες διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀπῆγον, κ' τελέσαντες ὅλ' ἐν τοῖς βασιλείοις ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ ζῶσιν ἐνυβρίσαι, ἵν' ὅτι πλέον ὧν πάσχουσιν ἀλγοιντο. ἐπεὶ δ' ταῦτα πυθόμενοι οἱ Γερμανοὶ, λαβόντες ὅπλα, ἠπείγοντο ὡς ἀμυνοῦντες αὐτοῖς, μαθόντες οἱ στρατιωτικοὶ ἀφικνεμένες, φονεύουσιν ἤδη πᾶν τὸ σῶμα λελωβημένες τὸς βασιλέας. καὶ καταλιπόντες τὰ σώματα ἐρριμμένα ἐπὶ τ λεωφόρε, ἀγόμενοι δ' τ Γορδιανὸν εἰσαγόντα, αὐτοκράτορά τ' ἀναγορεύσαντες, ἐπειδὴ πρὸς τὸ παρὸν ἄλλον οὐκ ἔυρον, βοῶντές τε πρὸς ἄλλήλους ὅτι ἄρα εἶησαν ἀπεκτονότες ὃς ὁ δῆμ@ οὐκ ἐβέλετο ἐν ἀρχῇ ἄρξαι, Γορδιανόν τε ἐπελέξαντο, ἐκεῖνό τε ἀπόγονον, ᾗ ὃν αὐτοὶ Ῥωμαῖοι ἐξεβιάσαντο. 17. ἔχοντες αὐτὸν, ἀπελθόντες ἐς τὸ στρατόπεδον, συγκλείσαντες τὰς πύλας, ἡσύχαζον. 18. οἱ δ'

Γερ-

Γερμανοὶ, μαθόντες ἀνηρημένους τε καὶ ἐφημμένους ὧν χάριν ἐπείγοντο, οὐκ ἐλόμενοι πόλεμον μάταιον ὑπὲρ ἀνδρῶν τεθνηκότων, ἐπανῆλθον εἰς τὸ ἑαυτῶν καταγώγιον. Τέλει μὲν δὴ τοιούτῳ ἐχρήσαντο ἀναξίῳ τε ἅμα καὶ αἰσίῳ σεμνοὶ καὶ λόγου ἄξιοι γερουσίαι, δηλοῦσί τε καὶ ἀξίαν ὁπὶ τῇ ἀρχῇ ἐλπυδότες. Ὁ δὲ Γορδιανὸς, ἐφ' ὃν ἔπεσε τὰ γερόντων τρισκαίδεκα, αὐτοκράτωρ τε ἀνεδείχθη, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀνεδέξατο.

ctosque audierunt quorum causa properauerant, cum nollent incitum bellum pro viris vita defunctis suscipere, in sua diuersoria reuertuntur. Hunc finem vitæ habuerunt, indignum videlicet ac nefarium, sancti & venerabiles senes, claritudine generis atque egregiis meritis ad imperii fastigium prouecti. Cæterum Gordianus, cum annorum esset ferme tredecim, princeps ab vniuersis declaratus, Romanum suscepit Imperium.

JOANNIS HENRICI BOECLERI IN HERODIANUM ANNOTATA.

Lib. 1. *Cap.* 1. *pag.* 1, 2 & 3 continet proœmium, in quo de Historicæ veritatis turbamentis agit suumque consilium exponit & argumentum commendat. more scilicet, plerisque Historiarum Scriptoribus recepto. Confer *Tac.* 1 A. 1. & 1 H. 1. præsertim *Ioseph. proœm. in antiquit. Iud. Dionys. Halicarnass.* 1. qui recte obseruat τὰς εἰωθυίας ἀποδόσεις τοῖς προοιμίοις τῶν ἱστορικῶν λόγων, *rationes in proœmiis historiarum reddi solitas* pertinere partim ad argumenti, partim ad Scriptoris commendationem. *Thucyd.* 1. *Procop. Persic. proœm.* vbi eleganter ait: περὶ ἐκείνων ῥητορικὴ μὲν δεινότητα, ποιητικὴ δὲ μυθοποιΐαν, ξυγγραφὴ δὲ ἀλήθειαν. *Rhetoricæ quidem grauitatem, Poeticæ fictionem, at Historicæ siue Historiarum scriptioni veritatem conuenire. Niceph. Gregor. lib.* 1. vbi *concio Andronici* super hoc argumento. *Cantacuzen. initio Tertii.*

τὸ δ' ἀκριβὲς) Mallet *Stephanus*: τὸ δ' ἐκ ἀκριβὲς. Sed bene se habet lectio: siue memineris τὸ ἐλλιπὲς, sæpe idem significare, quod τὸ ἀνακριβὲς, siue ita acceperis; curam & studium iniquirendi veri, quatenus adhibuerit Historicus, in rebus tam longinquis non posse vsq; ad ἔλεγχον discerni, aut reprehensioni exponi.

1, 1, 2. ἐξ ὅτου ἡ Ρωμαίων δυναστεία μεῖζον εἰς μοναρχίαν) Ita *Dio* de Augusti principatu 52 principio: ἐκ δὲ τούτου μοναρχεῖται δὴ ἀνυδρὶς ἀκριβῶς ἤδη. *Ex hoc* (Romani) *prorsum sub vnius imperio caperunt esse.* Qui locus con-

conferendus est cum *lib. 50. pr.* Adde *not. Velleian. ad 2, 86, 1.*

1, 1, 2. ἐγὼ δ' ἱστορίαν ὃ παρ' ἄλλων ἀποδεξάμενος.) Addendus est locus, qui *fine libri 2* legitur, huic prorsum παραπλήσιος: ἐμοὶ ὁ σκοπὸς τῶν ἀρχαιοτάτων ἑβδομήκοντα περάξης πολλῶν βασιλέων συνάξαντι χρόνους, ὡς αὐτὸς οἶδα. *Mihi autem propositum est septuaginta annorum res, quas habeam cognitissimas, sub diuersis Principibus gestas, in vnum corpus comprehensas litterarum mandare monumentis.* Cognitissimas sibi res vocat: quippe *partim visas sibi audita ab, partim experiendo compertas, cum in publicis & principalibus ministeriis versaretur*, sicut amplius explicat 1. 2, 5.

1, 2, 3. τῷ βασιλεύσαντι Μάρκῳ θυγατρὸς μὲν ἦν.) Marci Imperatoris res scripsere *Capitolinus, Aurel. Victor, Hist. miscell. Orosius 7. 15. Xiphilinus, Zonaras, Suidas* voc. Μάρκος. *Excerpta Peresciana ex Dione 71. Aristides orat. 9. tom. 1.* & *Ipse Marcus in* ἀδελφιβίβλῳ. Inter recentiores egregium libellum de vita Marci scripsit summus vir *Conradus Rittershusius*, cui titulum fecit, *Speculum Principis viriliter boni*: & ante hunc *Antonius Gueuara Hispanus* in *Horologio Principum*, quod vocauit, Marcum non quidem ad fidem historiæ, sed licentiæ nouo genere, ficta narratione ad ideam perfecti imperii adornatum exhibuit. Cum enim *Marcus omnibus omnino virtutibus studuisse, optimeque omnium, qui vnquam principatum tenuerunt creditus sit imperasse*, notante *Xiphilino*; adeo vt nec adulatio videatur talem potuisse confingere, iudicio *Capitolini in Vero*, 11. inprimis idoneus visus est, qui in exemplum virtutis imperatoriæ commendaretur, cuique etiam ea tribuerentur, quæ Historia, diserte & seorsum non tribuerat.

1, 2, 4. λόγων τε ἀρχαιοτάτων ἦν ἐραστὴς) De studiis Marci & Præceptoribus magnifica *Capitolinus Marc. 2 & 3. Xiphilin. fine Marci. Suidas* voc. Μάρκ. aliique.

1, 2, 5. τάς τε προσόδους δεξιώμενος) Inter consilia parandæ beneuolentiæ est facilitas aditus, alloquii mansuetudo, respondendi comitas. vid. *Lipsi. monit. polit. 2, 7.* Hac nonnulli vtuntur *ex instituto natura* i. e ex æquanimitate & ciuilitate indolis, sicut hic de Marco prædicatur: nonnulli,

nulli, *simulatione*, naturæ hac in re defectum supplent: perfima eorum est facilitas, qui *ex hypothesi tyrannica insidiose causles* sunt. Vide quid Iustiniano tribuat *Procopius in Arcana Historia pag.* 59, vbi post cetera inquit: δύπρόσιτον παρέχειν αὐτὸν, καὶ πρᾶον τοῖς δύτυχήσασιν, ὃδέ τι τῶν πάντων ἀπεικελεῖος τὸ εἰς αὐτὸν εἰσόδε σωίβαινε, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ τοῦ πόσμου παρ' αὐτὸν ἰοῦσιν ἢ φθεγξομένοις, ὃδέ ποτε χαλεπὸς ἦεν: *omnibus se tam se prabuit in congressu facilem ac lenem, vt neminem acciderit eius aditu prohiberi, nec vnquam agre ipse tulerit, si quis indecore apud se vel staret vel loqueretur.*

πολύ τε πλῆθος ἀνδρῶν σοφῶν ἤνεσχεν) Quorum nomina partim referuntur à *Lampred.* Constituerat autem Marcus etiam Athenis omnis generis doctores, ad communem omnium vtilitatem, teste *Xiphilino.* Factum etiam est, vt multi fauoris, ap. Imperatorem obtinendi, simularent studia sapientiæ.

1, 3, 6. καμάτοις τε καὶ φροντίσι πεφυκμένον) *Laborum & curarum* magnitudinem in caussis morbi fuisse ait. De laboribus satis constat. *curas* intendit filii iam tum degenerantis prauitas, sicut *Capitolinus* 27 & 28 refert: & *Dio in excerptis Peresciana*, omnia Commodi flagitia præuidisse Marcum putat: καὶ μοι δοκεῖ καὶ θεὸς ὁ Μάρκος σαφῶς προγνῶναι. quare & auxit morbum inedia, mortemque optauit pariter & acciuit. *Xiphilinus* peremtum à medicis in Commodi gratiam, auctor est.

διδιὼς μὴ νιότης) *Stephanus*: *aut deest aliquod verbum ante* διδιὼς, *aut scribendum* ἰδιδίᾳ. Sed rescribere tam ex facili aliena opera, vix est consultum. Modestius agit doctissimus *Sylburgius*, qui longioris periodi redditionem in seq. εἶα δή ostendens, variatione casus, dum à recto διδιὼς ad quartum, ἄνδρα πολύφρονα transilit oratio, effici σολοικοφανὲς annotat: sed huiusmodi ἀναλογίας huic scriptori non esse infrequentes. Adduntur exempla periodorum variatarum parentheſi & ἀκαπλοκλόπῃ. In qualium hyperbatorum redditione commendatur particula ἐπαναληπτικὴ, δὴ seu οὖν, sicut ap. Latinos *igitur.*

Διονυσίῳ δ' Σικελιώτῃ τυράννῳ) Considerat hic Marcus licen-

licentiæ principalis illecebras, quibus plerique in deteriora abripiuntur. Id est *Curtio* (3,2,18) *licentia regni mutandi Tacitus*, acuta dictione, *& dominationis conuelli & mutari, extulit.* 6 A. 46, 3. De *Dionysio* vide *Plutarch. in Dione & Diod. Sicul.* 16. *Iustin.* 21, 1.

1, 3, 7. Πτολεμαῖος μὲν καὶ μίσχεις ἀδελφῆς ἐρῶν.) Hic est ille Ptolemæus, qui ab incesto sororis Arsinoës amore, quem Ægyptiorum mos non damnabat, *Philadelphus* dictus est. *Paus. Attic. Iustin.* 17, 2, 7. Dicit autem hic *Herodianus* siue *Marcus*, tale matrimonium esse παρὰ τὰς Μακεδόνων καὶ Ἑλλήνων νόμους, *contra Macedonum Græcorumque leges. Diodorus lib.* 1: Νομοθετῆσαι δὲ φασὶ τὰς Αἰγυπτίους παρὰ τὰ κοινὰ ἔθη τῶν ἀνθρώπων γαμεῖν ἀδελφάς, ἀφ' οὗ μεγάλης ἐν τούτοις τὴν Ἶσιν τυχεῖν. *Lege etiam Aegyptiis statutum est, vt præter communem hominum morem cum sororibus matrimonium ineatur; quod Isidi apud ipsos feliciter hoc successisset.*

Ἀνάγκη ἣ Διόνυσον πάντα μιμεῖσθαι.) vide not. ad *Vellei.* 2, 82, 4.

1, 4, 8. Τοιούτων λόγων ἤρξατο.) Cygnea hæc Marci cantio, valde iucunda & memorabilis interuenit historiæ. Annotarunt & alii similes Principum morientium conciones, postremasque de imperio curas. Apud *Xenophontem* 8 *Cyropad.* legimus *Cyri* orationem ad filios. *apud Theophylactum Simocattam histor. Maurician.* lib. 1 *cap.* 1. *Tiberii Imperatoris*: apud *Ioan. Cantacuzenum*, *Andronici Imp.* 2, 14. *Leonis Imperatoris* moribundi orationem, à Constantino, vt putatur, filio versibus politicis contextam edidit nobis, in notis ad *Constantin. Porphyrog.* 1. *de themat. Bonau. Vulcanius.* Quæ magis obuiæ sunt, annotatione non indigent.

ἐφ' οἷς ὁρᾶτε μὲ διακείμενον.) *Stephanus* mallet ὅτῳ διακείμενον. *Sylburgius* rectissime nil mutandum censet, cum sit idem ac, ἐπὶ τούτοις ἃ διακείμενόν με ὁρᾶτε. sicut mox: ἐκ τῶν αὐτῶν διάκειμαι.

1, 4, 9. ὅπι ἐπιτρέψῃ τύχῃτε.) Pro ὅπι ἐπιτρέψῃ, *Stephanus* reponit, ὅπῃ ἄρῃ. Sed *Sylburgius* βραχυλογίαν quandam Atticam hic agnoscit, exemplisque tuetur. Simplex structu-

structura & sententia esset: ὅπ ἐκ ἀμνημονεῖτε ὑπὲς τούτω ὧν ἐτύχετε. vbi ὑπὲς est περί.

προσαρράχθη) leg. προσαραχθῆ. *Steph.*

εἰ μὴ πρού πάρεχοι ἡ τῶν ὑπηκόων δύνοια) Non cumulabo hic, quæ magno numero philosophantur & inculcant Prudentes: quorum in his locis campus est. Scite & ad Marci nostri sententiam apposite *Dion* ad *Dionysium Siculum Iuniorem*, apud *Plutarch. in Dion.* τὰς ἀδαμαντίνας δεσμὰς, ἔχ, ὥσπερ ὁ πατὴς ἔλεγεν αὐτός, φόβον ἢ βίαν ἢ νεῶν πλῆθος εἶναι, ἢ βαρβάρων μυρίανδρον φυλακὴν, δύνοιαν δ' ἢ προθυμίαν τῆ χάριν ἐγγενομένην ὑπ' ἀρετῆ καὶ δικαιοσύνης. *Adamantina illa vincula non esse metum & vim & nauium multitudinem & decem millium barbarorum custodiam, sicut pater eius dixerit* (qui iactauerat, se adamantinis vinculis firmitatem suæ potentiæ vinxisse) *sed beneuolentiam, studium, fauorem, ex virtute & iustitia hominibus impressum.* Quare & postea cum perculsus à Dione esset Dionysius, plerique scriptores cum nota memorabilis exempli obseruant, *nullum esse imperium tutum, nisi beneuolentia munitum*; vt plurium sententiam vnius *Cornel. Nepotis* verbis nunc efferamus, ex *Dion* 5,3. Proxime ad ipsam formam sententiæ Herodiani congruit illud *Claudiani panegyr. in conss. Hon.*

Non sic excubiæ, nec circumstantia tela,
Quam tutatur amor.

Apud *Senecam in Thebaide* memorabili dialogo disceptatur id argumentum inter Polynicen & Iocastam, quorum ille *metum* ex hypothesi tyrannica; hæc *beneuolentiam* accommodato ad formam iusti imperii sermone extollit.

1, 4, 10. ἐπὶ τούτῳ ἀχθῶσι) *Stephanus*: ἐπὶ τοῦτο, τῆ τε ἐμῆ μνήμη χαριεῖ τὰ μέγιστα) Elegantia sunt in hanc sententiam verba *in oratione Tiberii Augusti ad Mauricium successorem antea laudata*: σὺ δέ μοι, Μαυρίκιε κάλλιστον ἡμῖν ἐπιτάφιον τὴν σὴν βασιλείαν ποίησο: κόσμει τὸν ἐμὸν τάφον ταῖς σαῖς ἀρεταῖς, μήτε τὰς τῶν πεπτωκότων κατισχύουσαν ἐλπίδας, μήτε τὰς σὰς ἀγνωμοσύνας ἀρετὰς, τὴν τε τῆς ψυχῆς θραπτεύουσαν εὐγένειαν. *Tu vero, Maurici, pulcherrimum nobis epitaphium imperium tuum fac efficias, exorna meum*

meum tumulum tuis virtutibus, vt nec eorum spes, qui se tibi spermiserunt, frustrerur, neque tuarum virtutum immemor ab ingenita nobilitate animi degeneres. Quippe *in Principe qui fato conceßit, vna stemque certißima diuinitatis fides est, bonus ſucceſſor.* vt illud *Plinii ex Panegyr.* 11. huc accommodemus.

ἀρετῆς ἀίδιον) *Stephanus* : ἠδ ἀρ.

1, 4, 11. οἱ μὲν πατέρα χρηστὸν) *Capitolin.* 18: *Cum igitur in amore omnium imperaſſet, atque ab alio modo frater, modo pater, modo filius, & cuiusque aetas ſinebat, & diceretur & amaretur,* XVIII *anno imperii ſui diem vltimum clauſit.*

καὶ δεδὸς ἐψεύδετο) *Dederunt ei quidem* nonnulli *vitio quod & fictus fuiſſet nec tam ſimplex quam videretur, aut quam vel Pius vel Verus fuiſſet. Capitolin.* 29. Vnde *infra* apud *Noſtrum* Antonino φιλοσοφίαν & ὑπόκλασιν σεμνοπρεμῶν, *Philoſophia ſimulator & manſuetudinis* Marcus dicitur, *lib.* 4. *cap.* 5. Sed refellit inuidiam eius rumoris *Xiphilinus*, qui, oſtenſa æqualitate officii & virtutis per omnes vitæ partes, addit denique: ὅτως ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν, καὶ οὐδὲν σεμνοποιητὸν εἶχεν. *Itaque ergo reuera vir bonus fuit, neque fictum quidquam aut ſimulatum habuit.*

1, 5, 11. ὡς ἴδιον καὶ τοῖς βασιλείαν διαδεχομένοις) Vide *annot.* 5. *ad Cap.* 2. *lib.* 1. *A. Taciti.*

1, 5, 12. Κοινὴν εἶναί μοι σφᾶς ὑμῶν τὴν ἀληθείαν) Eſt egregia hæc oratio, & ad *benevolentiam* pariter *auctoritatemque* conciliandam valde opportuna. Nam quod de caſtrenſi contubernio & commilitio ciuiliter diſſerit, efficaciſſimum ſane erat εἰς τὸ οἰκειώσασθαι τοὺς στρατιώτας, vt Noſter loquitur. Ita *Caligula*, quod eſſet in caſtris inter milites educatus, *plurimum per hanc nutrimentorum conſuetudinem amore & gratia valuit* apud eos. *Sueton. Calig.* 9 & 13. Quod autem de ſucceſſionis dignitate & maieſtate tam ſplendide loquitur, argumentis à natiuitatis nobilitate, ab imperii maieſtate, & parentis diuinitate, grauiter petitis, in eo μεγαληγορεῖ τῆς βασιλικῆς μεγαλοφροσύνης ἐπίδειξιν; quem *Characterem* Principum orationibus *Simocatta* deſignat.

1, 5, 13.

1, 5, 13. ἡ βασιλὶς ὑπεδέξατο πορφυρᾶς) Alludit ad morem, quem *Nicetas Choniates lib. 5. Imperii Manuel. Comneni* tangit: τῆς δὲ θεοτοκίνης πρὸς τὸ τεκεῖν ἐλθούσης ὠδῖνα μὲν ἡ πορφύρα ἐκύησεν ἀπὸ τῆς ὑποδοχῆς τῆς γεννήσεως. ὡς δὲ καλίπτρωνται ὀδύναι, ἐκτὸς τῆς πορφύρας ἡ δέσποινα ἦν, παρῆν δὲ ὁ βασιλεύς. καὶ τὰ ἑξῆς. *cum autem Imperatrix partui propinqua esset, deprompta & adornata est purpura ad partum suscipiendum. Doloribus vero vrgentibus, ea in purpura collocata, adest & imperator.* & quæ sequuntur. Ad illud, quod præcessit in *Herodiano*, cum se μὴ πειρᾶσθαι ἰδιωτικῶν σπαργάνων; *priuatis non tractum incunabulis* Commodus iactat, congruit *Themistii* locus *orat. 6. pr* πρῶτος δὴ τέως τῆς εὐδαίμονος οἰκίας ἐσπαργανώθης ἐν ἁλουργίδι, καὶ νίκη μέν σε ὑπεδέξατο ἐκ τῶν ὠδίνων, νίκη δὲ εὐθὺς τιθήνη τυγχάνει. *Primus enim tu quidem familiæ augustæ in cunis purpura inuolutus, & victoria tibi obstetrix & nutrix simul fuit.* interprete G. Remo. Hinc πορφυρογέννητος & πορφυρογεννηθείς: *in purpura genitus, patre sc. iam imperatore.* Vide *Meurs. Glossar. Græcobarb.*

1, 5, 14. τῆς ἡλικίας καθαφρονῆσαι) deesse putat *Stephanus*, ἡμετέρας: aut subáudiri vult. Longe melius *Sylburgius: τῆς ἡλικίας relatiue dictum.* refertur enim ad genitiuosillos, νέας ἡγεμονίας: *atque idem est, ac si demonstratiue dixisset*, τῆς δὴ τῆς ἡλικίας, *vel* τῆς ἡμετέρας ἡλικίας.

1, 6, 15. ὅσοι τε κάλαθοι τραπέζης, καὶ τὸ δεῖπνον μετὰ καὶ τοῖς αἰχίστοις μετεῖχον) Obseruat *A. Schottus: obseru. hist. 3. 12. Herodianum* Demosthenis valde studiosum fuisse, & inter alia etiam hunc locum adducit, in quo sit eum imitatus. Nam Demosthenem in oratione illa adeo à Ciceronе celebrata, περὶ στεφάνου ita loqui: Τῷ δεῖπνον μὲν τῆ μετὰ καὶ τοῖς αἰχίστοις μετεῖν. Talibus scilicet hominibus iam ante deditus Commodus, nunc ad consuetudinem redit. (vide *Lamprid. Commod.* 1 & 2) & *patris ministeria seniora submouit, amicos senes abiecit*; vt paulo post sequitur: τῶν ὑποθήκας καὶ συμβουλίας αὐτῶν χαίρειν εἰπών: *valere iussis admonitionibus eorum & consiliis. Xiphil. Commod. pr.*

1, 6, 17. Ἐκεῖ τε Ῥώμη, ὅπου ποτ' ἂν ὁ βασιλεύς ἦ) Ita

Mamer-

Mamertinus Genethl. Max. cap. 12: Vt ibi tunc sedes imperii videretur, quo vterque venerat imperator. Et apud *Lucanum* Lentulus *lib. 5. vbicunque senatus esset, remp. esse asseuerat:*

Nam, vel Hyperboreæ plaustrum glaciale sub Vrsæ,
Vel plaga qua torrens, clausus, & caloribus axis
Nec patitur noctes, nec tuquos crescere soles;
Si fortuna ferat, rerum nos summa sequetur,
Imperiumque comes. Tarpeia sede perusta
Gallorum facibus, Veiosque habitante Camillo,
Illic Roma fuit.

I, 6, 19: Τὸ ἀμίαντον ἀνάμαρτον) Initium huius ignauiæ an dedecoris à Domitiano factum, quem perstringit eo nomine *panegyrista Traiani 12: Accipimus ergò obsides non emimus: nec ingentibus damnis immensisque muneribus pacisc imur, vt vicerimus.* vbi *Lipsii not.* Legenda est egregia *annotatio Casauboni ad Hadrianum Spartiani p. 12:* in qua ostendit, quam sæpe & late nocuerit imperio Romano, imitatio tam pernicioſi exempli, *Iustiniano* hanc vnam denique rationem fuisse hostium repellendorum: adeoque non sine dedecore Persis imperium tributarium factum, *Procopius* passim queritur.

1, 7, 21. ὀφθαλμῶν τε ἡθμίαν καὶ πυρώδεις βολάς) Confer *tranquillum serenumque vultum* Augusti apud *Sueton. Aug. 79.*

ῥύμμα χρυσῆ ἀερτάνῃ ἐπιπάσεως) *Lampridius* diserte asserit, *Capillum semper fucatum & auri ramentis illuminatum, in Commod. 17.* Ita Verus, *tantam dicitur habuisse curam flauentium capillorum, vt capiti auri ramenta respergeret, quo magis coma illuminata flauesceret. Capitolin. Ver. 10.*

καὶ στεφάνων καὶ ἀνθίνων βολαῖς ὑπεδέχοντο) Sparsio florum & coronarum solennis Romanis, in honore & beneuolentia testanda adde *lib. 4. cap. 8. sub finem* & 8: 7. *Tac. 14. A. 61, 1: Octauiæ imagines gestant humeris, spargunt floribus, foroque ac templis statuunt.* vbi *Lipsio* notata vide. Apud *Capitolinum in Marco* Salii *coronas* jaciunt in puluinar Dei sui. vbi *Salmasii* nota.

1,8,22. πᾶσαν διοίκησιν τ ἀρχῆς Περέννιος ἀνιδεξάλο) *Capitolinus 5: Perennis autem Commodi perspiciens, inuenit quemadmodum ipse potens esset. nam persuasit Commodo vt ipse deliciis vacaret, idem vero Perennis curis incumberet: quod Commodus latanter accepit.* Et paulo post: *Perennis cuncta sibimet vindicauit: quos voluit, interemit, spoliauit plurimos, omnia iura subuertit, prædam omnem in sinum contulit. Dio* in diuersum abit, studioque hominis potius quam veritatis videtur duci, cum ait: *ignauia Commodi coactum esse Perennem, vt rerum summam ipse administraret.* quod descripsit, vt solet, *Zonaras.*

1,8,23. σώφρονα κ) κόσμιον) *Sylburgius: post κόσμιον Schottus in mss. lacunulam esse notat. deesse autem φύσιν, γνώμην, ψυχὴν vel sim.*

Λαχίλλα ἢν τῷ Κομμόδῳ) caussam huius conspirationis aliam refert *Capitolinus* 4. *Crudelis vita Commodi Quadratum & Lucillam compulit ad eius interfectionem consilia inire.* Sed *Herodiano* nostro mos est, interiores caussas indagare cui ob id haud dubie præcipue in talibus credendum. Certe cum *Dio* diserte tradat, *Lucillam ἀδὲ ἐπιεικίστερον ἀδὲ σωφρονέστερον τοῦ ἀδελφοῦ, neque moderatiorem neque continentiorem fuisse fratre:* non est verisimile, solam crudelitatem fratris ipsi eam mentem consiliumque iniecisse.

καὶ τὸ πῦρ ἐπεπόμπευεν αὐτῆς) Egit de illis *insignibus Principatus Lipsius ad* 1. A. *Tac.* 7, 5. *Ignem etiam inter insignia imperatoriæ maiestatis fuisse vel præcipuum, vnus ex antiquis, diuersis locis docet nos Herodianus,* inquit *Casaubonus ad Capitolini Maximinos.* addendus est *Pierius Hieroglyph. lib. 46. tit. insigne angustale.* Congruebat huic symbolo *Ignis*, variis rationibus. Nam & *diuinitatem regalis imperii* notat; quippe cum antiquissimo Persarum more, Dei symbolum ignis esset: & *claritatem fastigii dignitatisque regalis*, clarissima significatione indicat: & *incomparabilem actus regalis vim salubritatemque*, ad instar efficacis & benefici sideris ostendit: & *puram virtutem moremque regalem*, purgatissimi elementi charactere signat: denique, quidquid ad præcipuas imperii ἐξοχὰς vel ex phi-

ex philosophiæ arcanis, vel ex reuerentiæ & obsequii inuentis adferri solet, comparatione ignis illustrari potest. Nec disconuenit, τὸ μοναδικὸν Solis (ad quem Hieroglyphica veterum sapientia omnia de igne φιλοσοφήματα pariter ac νοήματα retulit) τῷ μοναρχικῷ τῆς βασιλείας. Et quod Persæ de cœlo lapsum ignem finxerunt, quàm accommodatum est ad diuinam, à Deo datam, Deique in terris vicariam regum maiestatem? De cetero, non absurdè cogitauerit, qui crediderit, Romanos de occulto præcipuoque imperii pignore, i. e. de Vesta cogitasse, cum ignem imperatoribus suis auspicii singularis ac fatalis ergo, vt opinabantur de Vestali igne, præferrent.

1, 8, 24. Κοδράτε δὲ νεανίσκε ἀγενῶς ἦν.) *Lampridius* tradit, *non sine consilio, Tarrutini Paterni præf. præt.* hæc accidisse. De cuius commemorationis fide dubitat *Casaubonus*: cum nec *Herodianus* mentionem eius hic faciat, & *Dio* occidendi Principis voluntatem omnino remoueat à Paterno.

ὥσε τε τ συνεδρίας.) *Stephanus* mallet ἀγεδρίαν. Eruditè *Sylburgius*: *συνεδρίας ferri potest, si quæri Lucilla intelligatur, quod cum antehac primam tenuerit sedem, nunc reiiciatur ad secundam: è ἀγέδρᾳ scilicet facta σύνεδρος.* An simplicius est, non in vocabulo sed in re, querelæ caussam inuestigare? In *συνεδρίᾳ* conspicitur locus: extra quam nec ἀγεδρία locum habet. Querebatur ergo de loco, quem in *συνεδρίᾳ* haberet. vbi & ἀγεδρία & ὑφεδρία spectatur.

ἀναπείθει νεανίσκον τινὰ Κυϊντιανὸν ὄνομα.) *Herodianum*, vt solet, hic sequitur *Ammianus Marcellinus* 29, 4 vbi ait: *Commodum in amphitheatrali cauea, cum ad futurus spectaculis introiret, à Quintiano senatore illicitæ cupidinis homine ad debilitatem pæne vulneratum.* At *Lampridius* & *Dio*, *Claudium Pompeianum* vocant: quos sequitur *Zonaras*. Existimat ergò *Henricus Valesius in annot. ad Marcellinum*, *Dionis* codices corruptos esse in hac parte, iisque deceptos *Xiphilinuus* & ceteros. *Etenim*, inquit, *Pompeianus Commodi munus euasisse dicitur ab ipso Dione lib. 72, & Pertinaci quoque superstes fuisse, lib. 78 & apud Capitolin. in Pertinace. Vita quoque &*

moribus sanctissimus, planeque Commodi dissimilis fuisse proditur ab iisdem. Itaque certum habeo apud Xiphilinum pro his verbis, Κλαύδιος, πομπικὸς ἐπιβάλλουσι *scribendum fuisse* Κλαδιάτορ ἐπιβάλλουσι, *quod ex sequentibus liquido confirmatur. subjicit enim Xiphilinus, eum cum Lucilla stupri consuetudinem habuisse; eique Lucillæ filiam desponsam: eundem ob lasciuiam Commodo carum fuisse, quo cum ludere & vagari solebat. Quæ omnia in Pompeiani quidem gravitatem non cadunt: Quadrato vero optime conueniunt, vt docet Herodianus in lib.* 1. Ceterum *Ammianus* hunc euentum liberati Commodi, cum similibus adscribit *virtuti siderum & genituræ.* sicut hodieque solent, qui Prouidentiam nunquam rectis oculis intuentur.

κρὴ λέσσαι ἥλπισε) *Stephanus:* διὸ κῆ λ. ἡ. Quid opus eiusmodi correctione?

1, 8, 25. ὃς ἀφεῖπε τὸ βιβλιδιμβιον μόλιον, ἢ ἔδρασε) Descripsit ex Herodiano hanc sententiam *Lampridius in Commod.* 4: *detexit facinus fatuus nec impleuit.* Porro illa verba: *Hunc tibi senatus Pugionem mittit*, sapiunt formulam. Ita enim & miles ille qui Pertinacem occidit, apud *Dionem* τοῦτο σοι τὸ ξίφος οἱ στρατιῶται πεπόμφασιν, inquit: *Hunc tibi milites misere gladium.* Vide *Casaubon. ad Lamprid.*

ἐκκόπτειν δὲ ἀεὶ κῆ κωλύει) *Steph.* κωλύει. Bene. Ex Aristotele sumtum. cuius est: τὸ τὰς ὑπερέχουσας κολάζει, καὶ τὰς φρονηματίας ἀναιρεῖν. 5. *polit.* 11.

1, 9, 26. ἐπιβάλλοις τῇ ἀρχῇ) Adeo cæca est tyrannorum sæuitia, vt in ipsa suspicandi assiduitate & curiositate, nihil eorum suspectet, quæ suspectari maxime debebant. Omnes timet Commodus præter eum, cuius potentiam increscentem, & immensam opum vim & insatiabilia vota vel vnice debuerat timere, & poterat animaduertere. Sed hoc in Principe non admodum callido minus fuit mirum: at callidissimum mortalium & suspicionibus deditissimum Tiberium, simili ἀβλεψίᾳ circa Seianum laborasse, monstri simile est. Nimirum tali fato punitur tyrannica illa suspicandi malignitas, vt intelligant, se cum centum oculis in omnes

omnes partes vigilauerint, illa parte, vnde periculum imminebat, dormiuisse.

Διάμηδέ τι κῆ) Desiderari τέχνης, σοφίας aut sim. *Stephanus* & *Sylburgius* annotarunt. Hic etiam de voc. μέσης cogitauit ex 3, 8 p. 147.

1, 9, 28. κρεῖσσον ἔκουσιν ἔχουσιν ἀμφιβάλλειν ἐπιφθόνῳ) Ea æmulationis aulicæ ars & consuetudo est, vt cupide arripiant occasiones premendi alter alterum; qui sibi semper mutuo imminent. Etiam cum abest fastus & superbia, quæ Perennem exosum reddidit, ipsa dignitatis æmulatio infestos affectus ciet. Eundem ludum lusit, accommodato plane ad hunc Historici locum exemplo, Craterus aduersus Philotam apud *Curtium* 6, 8. *Erat is Philotæ ob æmulationem dignitatis aduersus.* Ergo, cum audiret reum agi Philotam criminis maiestatis; suspectumque contumaciæ iam pridem regi fuisse sciret, *non aliam premendi inimici occasionem aptiorem futuram ratus, odio suo pietatis præferens speciem*, asperrime in eum sententiam dixit.

1, 9, 30. ὁ δὲ Κόμμοδος δύο τὰς ἐπάρχους καθίστησιν) Cum potestas præfecti prætorio maxima fuerit, atque vt Macrinus infra apud *Nostrum* 5, 1 loquitur, ὁ πολὺ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως βασιλικῆς ἀπολαύσας, ὅπερ γε καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τῆς ἐπάρχου τῶν πραιτωρίων πίστεως δεῖ) *non multum a Principatu distans, quippe cum ipse imperator præfecto prætorio se committat*, varia excogitata sunt remedia, quibus redigeretur ad normam Aristotelicam illa dignitas, *lib. 5 polit.* 11 descriptam: κοινὴ δὲ φυλακὴ πάσης μοναρχίας τὸ μηθένα ποιεῖν ἕνα μέγαν ἀλλ' ἐπιτρεπείας πλείους· μᾶλλον γὰρ σωφρονήσουσι ἀλλήλους. *Communis omnis Principatus est ista cautio, neminem vnum magnum facere: sed plures. sic enim inter se obseruabunt.* Et de Commodi quidem consilio *Lampridius* 6: *Mutabantur præfecti prætorij per horas ac dies, Commodo peiora omnia, quam fecerat ante, faciente.* paullo post: *In Ebutiani locum Cleander cum aliis duobus, quos ipse delegerat, præfectus est factus. tuncque primum tres præfecti prætorio fuere. Constantinus, quatuor* fecit. quo nomine *Zosimus* eum arguit *lib.* 2. Ac de *duobus præfectis* etiam infra in

Noſtro 3, 13 habemus exemplum: vbi Seuerus itidem conſpirationis occaſione duos conſtituit præfectos. Idque conſilium iam ab initio Mæcenas dederat, apud *Dion.* 52. & Auguſtus executus erat, *Dion.* 55. quod plerosque poſtea obſeruaſſe, per ſeriem oſtendit *Petrus Faber Semeſtr.* 1, 1. Quin etiam excogitatum creditur, vt togata potius virtute quam militari illuſtres præponerentur prætorianis, quod *Vlpiani* exemplo declaratur. vt rurſum fieret illud *Ariſtotelis*: ἐαν δ' ἅπαξ τινὰ δεῖ ποιῆσαι μέγαν, μή τοι τό γε ἦθος θρασύν. *Quod ſi omnino aliquem magnum oporteat facere, non tamen is faciendus eſt magnus, qui audaci ingenio præditus ſit.* Poſtea vocati ſunt *Comites Aulicorum* & tandem circa Iuſtiniani tempora, *Curopalatæ*. Vide *Nicolai Alemanni notas hiſtoricas ad Procop. arcan. hiſt.* p. 95.

1, 10, 31. Δι' ὀλιγαρχίας τῆς ἀβάτου) *Sylburgius* mallet πραχείας.

καὶ ὡς ἐπὶ βασιλείας ἤδη τῶν μειζόνων πραγμάτων ὁ Μαλ. ἐβουλεύετο) Sicut apud *Florum* Spartacus, aliquot *elatus victoriis, de inuadenda vrbe Romana deliberauit.* 3, 20, 11.

1, 10, 32. ὠήθη δεῖν μέγα τι δράσας κατορθῶσαι &c.) Affectus deſperatæ audaciæ hoc charactere ſignatur. cui conſonant illa, quæ *lib. 7. cap.* 5. p. 300 & 301. de iuuenibus Afris aduerſus procuratorem Carthag. conſpiratis traduntur: itemque de *Senatu Romano* nouos imperatores eligente *lib. eod. cap.* 10, p. 320, venitque in partem mutuæ declarationis Cæſarianum iſtud: *Iacta eſt alea. Sueton. Cæſ.* 32.

1, 10, 33. καὶ τὸ πομπῆς νομισθεὶς μέρος) Vocem μέρος abeſſe mſc. teſtatur *Schottus*.

1, 11, 34. θρησκεύουσι ἢ μάλιστα τὴν θεὸν) Memorabilis egreſſio hæc eſt de Dea Peſſinuntia; multorum nominum variæque commendationis ap. veteres. quorum loca ad hiſtoriam Deæ facientia pleraque collecta reperies apud *Gebhart. Elmenhorſt. obſeruat. ad Arnob. fin. & commentar. ad Minuc. p.* 10. itemque *Ger. Ioh. Voſſ. in Theolog. gentil. lib.* 2. *cap.* 52.

ἔτι ἢ τὴν ὕλην) *Sylburgius: ſtructuræ lex nom. caſu poſtulat* ἡ ὕλη, *ſeu* τὰ τ' ὕλης. *aut in accuſ.* τὴν ὕλην *inſolens eſt præpoſitionis ellipſis.*

οἱ μὲν ἀφὶ ὁδῶν) *Casaubonus ad Strabon.* 1 putat leg. ἔρων aut ὀρέων.

καὶ τ᾽ τῶν δένδρων ἡδείας σκιᾶς *Schottus* : τῆς τῶν δένδρων ἡδείας σκιᾶς.

I, 12, 37. μεγίστοις καθάρσιον δαφνηφόροις ἅλσεσιν) *Credebatur laurus efficax aduersum venena. inde iactatum, vt qui se tutum approbare vellet,* δαφνίνην *diceret* φέρω βακτηρίαν *i. e. laureum gesto baculum. Creditur & laurus sanitatem conciliare, quo argumento lauri folia ineuntibus magistratum Kal. Ian. à populo dabantur cum ischadibus.* Libuit hæc ex *Cæl. Rhodigin.* 5, 7 adscribere. *Vtrumque* enim huc pertinet, de veneno, & de sanitate. Inter remedia veneni etiam *Plinio* memoratur laurus 23, 8. & 8, 27.

p. 38. Κλέανδρός τις ἦν) De huius hominis impotentia & importunissimis facinoribus omnino videndus *Lampridius, Commodo, cap.* 6. & *Xiphilinus in Commod.*

Τῶν δημοσίων εἰωθότων τοῖς κήρυξι παραδόσεως) *Xiphilinus* καὶ ἐπεράθη μετὰ τῶν ὁμοδούλων, μεθ᾽ ὧν καὶ ἀχθηφορήσων ἐς τὴν Ῥώμην ἐπεμήνυσε. *Etiam venditus est seruus inter seruos, Romamque vt baiuli officio fungeretur, deductus.* Præcipuum & indicium & dedecus tyrannidis, illustribus viris depressis, vilissimum quemque ad potentiam & scelerum licentiam euehere. Ita *Lampridius* c. 6. inter præfectos prætorio *libertinum* à Commodo assumtum, *qui à pugione appellatus est.* quem titulum *Casaubonus* quidem, vt inferioris gradus indicem, & tanquam de ministro ceterorum interpretatur : sed *Cl. Salmasius* hoc ipso *pugionis* i. e. συμβόλου βασιλικοῦ, haud dubie, vt vice principis gestaret, commissi indicio, præcipuum fuisse ostendit. *Tyrannidis* indicium pessimorum & humillimorum dignitates dixi : scilicet *abruptæ & ultimæ.* nam alias Tiberii ratio nota est, qui etiamsi eminentes virtutes non sectaretur, & ab optimis periculum sibi metueret, tamen *à pessimis dedecus publicum* timebat. *Tac.* 1 A. 80, 4.

p. 39. ἀδὲ αὐλισῆναι οἷός τε ἦν) *Msc. Schotti* : ἀδὲν αὐτῆς.

I, 13, 41. ἡ δὲ πρεσβυτάτη τῶν Κομμόδου ἀδελφῶν (φαδίλλα

φίλλα ἦν ὄνομα αὐτῇ) *Xiphilinus* à *Marcia* pellice Quadrati, rem ad Commodum delatam scribit. *idem*, qui occasionem huius tumultus, ipsamque seriem paulo aliter edisserit. Sed & interitum Cleandri ex alia caussa repetit *Lampridius* c. 7. Nil mirum. nam, cum tot concurrerent in vno homine flagitia, quæ omni tempore cumulabat, vel in ista vel in illa conferri caussam interitus, nec nouum, nec absurdum est.

p. 42. τοιαῦτά ἄνακτα εἰπόντα, ῥηξαμβρή τε) *Sylburgius* mallet: εἰπόντος, ῥηξαμβρής τε. Potest tamen & vulgata ferri.

ἐκπίμπρησιν καὶ πρόθυμον τῷ δήμῳ θάμμα) Inter artes placandæ multitudinis irritatæ, atrocium rerum ministros auctoresque obiicere indignantium iræ, ac odiis ipsorum inuisa capita condonare; *piacula iræ dedere Liuio* est 6, 21. sicut alibi (*lib.* 4, 12) *L. Minutius iræ populi frumentarios obiicit.* Frequentius interim tyrannicis flagitiis expiandis accommodatur id consilium. sicut alias ostendimus.

p. 44. ἀπίστως πρόσφορον πᾶσιν &c.) adeo quidem, vt *finxisse etiam quandam contra se coniurationem dicatur, quo multos occideret. Lampr.* 8.

ἀλλὰ τὸ μὲν περὶ τὰ καλὰ σπουδῆς) Graphica descriptio corruptissimæ aulæ: cuius foribus vice elogii, dignum erat inscribi:

—— exeat aula
Qui volet esse bonus.

Herodianus noster, vt passim, mirifice & feliciter χαρακτῆρα πολιτικὸν exprimit, in eiusmodi descriptionibus. Confer elegantissimam φαντασίαν, qua *Dio Prusæensis Chrysostomus orat.* 1. *de regno*, regiam siue aulam Tyrannidis figurat.

1, 14, 45. ἕτεροι τε εἰς μῆκος κεχαλασμένοι) Cometam πρόσφορον. *Lampr.* 16: *Crinita stella apparuit.* vbi de pluribus prodigiis *imperio eius & publice & priuatim factis.*

πᾶν τὸ εἰρήνης τέμενος κατεφλέχθη) Damna huius incendii recenset *Xiphilinus*, circa finem *Commodi.*

αἰὰ θήματι κεκοσμημένων) *Sylburgius* mallet κεκοσμημένον.

p. 46.

p. 46. τῆ δ' παλλάδ@ ἄγαλμα) Memorabilis de Palladio locus, adeundi *Alex. ab Alex. gen. d.* 5, 12. *Cl. Freinsheim. ad Flor.* 1, 2, 3. *e. Cæl. Rhodigin.* 28, 6.

p. 47. ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτίας τῶν ἐπιπλήλων συμφορῶν εἰς τὸς ἐκείνε φόνς &c.) Scilicet supra omnia incommoda & prodigia, maximum erat ipse Princeps prodigium; sicut *Xiphilinus*, cum de ingenti illa pestilentia memorasset subiicit: ἦν ὃ ἁπάντων νοσημάτων καὶ κακοήθων χαλεπώτερ@ Ῥωμαίοις ὁ Κόμμοδ@. Quo referemus etiam illam *Procopii* de concursu & continuatione publicorum malorum ἐπήλεσιν, *ex arcana historia*, pag. 94: μηχανομένε ὃ κακῦ, πᾶσιν ἐκμεμαθηκέναι τῷ ἔργῳ ξυνέβη, ὅτι δὴ τοῖς ἀνθρώποις ἐπ' ἄπειρον μὲν ἡ πονηρία φύεται ἑαυτῆ. μαθήσει ὃ τῶν παρεγνωσμένων ἐλεγχομένη, καὶ τῆ δ' παρεσίας ἐξεσίᾳ ἐς τοσόνδε ἀεὶ ἐξικνεῖται δοκεῖ, ἐς ὅσον δύναται, ἡ τῶν βλαπτομένων καθαρᾶς δόξα: i. e. interprete *Alemanno*: *sic vero publicis grauescentibus malis, periculo compertum est, nullis circumscribi certis terminis humanam improbitatem, quæ si maiorum exemplo coalescat, atque dignitatis licentia in subditorum perniciem exeratur, quo tandem possit euadere, non nisi afflictorum ærumnis perpendi queat.*

ἡρακλέα καὶ Διὸς υἱὸν αὐτὸν κελεύσας καλεῖται) *Lampr.* 8 & 9: *Commodum Herculem & Deum senatus appellauit*, & postea, *accepit statuas in Herculis habitum, eique immolatum est vt Deo*, & subinde: *Claua non solum leones in veste muliebri & pelle leonina, sed etiam multos homines afflixit.* Hinc mensis September *Hercules*, & *Idus Herculeæ* Octobris dictæ & cetera eiusdem vanitatis, de quibus mox in Herodiano sequitur. ceterum habitus ille Herculis *Apollodoro* describitur *lib.* 2 *Bibliothecæ*: καὶ χειμασάμεν@ τὸν λέοντα, τῷ μὲν δορᾷ ἠμφιάσατο, τῷ χάσματι ἐχρήσατο κόρυθι. *cum subegisset* (Hercules) *leonem* (Cithæroneum) *pellem eius induit, rictuque loco galeæ vsus est.* Natum hinc epitheton Herculis Λεοντοφόνε. Reges ergo Macedoniæ cum ab Hercule genus suum repetant, διὸ καὶ

αὐτὸ ταινίας, καὶ στέμμασιν, καὶ πορφύρας βασιλικῆς τὸ δέρμα τῆ κεφαλῆς ἢ λέοντος ἑαυτὸς ταινιοῦσι, καὶ στέμμα ἢ καὶ κόσμου ἄγαλμα, καὶ ἀντὶ πέπλου λίθον, ideo pro rediminculo & corona & regia purpura Leonini capitis exuuio se redimiunt, atque hoc gestamen, coronam & ornatum esse censent, eoque magis, quam pretiosis lapillis & vnionibus se decorari putant. Sunt hæc verba *Constantini Porphyrogen. lib. 2. de themat. in them. 2. Macedonia.* vbi *nummum Alexandri tali forma confficiunm*, testimonii loco adfert de quo vide eruditam *Fed. Morelli* annotationem. De *Commodo* adde *Athenæum lib.* 12.

μετὰ χεῖρας φέρει) φέρων aut ἔφερεν reponunt *Stephanus & Sylburgius.*

p. 48. τοιοῦτος μὲν δὴ) *Schotti msc.* μὲν τοι. *minus apte. Sylburgius.*

ἤγαγε δὲ καὶ τῶν ἐνιαυσιαίων μηνῶν τὰ ὀνόματα) *Lamprid.* 11. *Menses quoque in honorem eius pro Augusto* Commodum, *pro Septembri* Herculem, *pro Octobri* Inuictum, *pro Nouembri* Exuperatorium, *pro Decembri* Amazonium, *ex signo ipsius adulatores vocabant. Xiphilinus* ità numerat: *Amazonium, Inuictum, Felicem, Pium, Lucium, Aelium, Aurelium, Commodum, Augustum, Herculeum, Romanum, Superantem.* Atque hanc enumerationem veram censet *Cl. Salmasius in not. ad Lampridium*, quem ex Xiphilino corrigit, vt series ità sibi inuicem respondeat: Ἀμαζόνιος, *Ianuarius.* Ἀνίκητος, *Februarius.* Εὐτυχὴς, *Martius* Εὐσεβὴς, *Aprilis.* Λάϊος, *Maius.* Αἴλιος, *Iunius.* Αὐρήλιος, *Iulius.* Κόμμοδος, *Augustus.* Αὔγουστος, *September.* Ἡράκλειος, *October.* Ῥωμαῖος, *Nouember.* Ὑπερέμιος, *December.* Etiam sub *Nerone* huius insaniæ exempla habemus. Apud *Tacitum* 16, 12 studio adulantium senatorum *mensis qui Aprilem eundemque* Neroneum *sequebatur, Maius*, Claudii; *Iunius*, Germanici *vocabulis mutantur.* Et *Domitianus, post duos triumphos, Germanici cognomine assumto, Septembrem mensem & Octobrem ex appellationibus suis Germanicum, Domitianumque transnominauit: quod altero susceptisset imperium, altero natus esset.* Sueton. Domit. 13. Scilicet tanta fuit horum hominum

num ambitio vt cuperent *omnia noua & de suo nomine dicta, tanquam si propterea Principatum accepissent, vt nouam rebus faciem inducerent.* Vide, quæ *Procopii arcana historia (p. 49)* de talibus propositis tradit, & *Nic. Alemannus* explicat, *in not. p. itidem* 49.

καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῷ φόβον ἀπ.) αὐτῷ *elegans est. potest tamen & αὖ legi. Sylburgius.*

p. 47. πολλῶν δὴ καὶ δεινῶν συνεχῶς καὶ ἐπιφόρων τῇ πόλει) Quali ferme connexione & sententia *Suetonius in Nerone* 39: *Accesserunt tantis ex principe malis, probrisque, quædam & fortuita.* vnde *maledicta & conuitia hominum,* mox irritata, sicut in nostro exemplo.

ἐδόκει γὰρ ἐλάνθανε τὰ περιπόμπα πάντας) Nam primum *flagitiis & sceleribus velamenta quærunt* eiusmodi tyranni, sicut exemplo Neronis ostendit *Tacitus* 13 A. 47, 1: postea semel *euulgatus pudor non satietatem, sed incitamentum adfert,* apud *Eund.* 14 A. 14, 5. gliscuntque *flagitia & infamia,* quod mox *cap. seq. Commodi,* theatrum gladiatorio ritu ingressi insania amplius declarat. Neronis insania, Commodi turpitudini per omnes flagitii gradus ἀνθυποφορὰ est, ideoque hic à nobis producta, egregium scilicet par: *princeps histrio & gladiator.*

p. 48. τὸν μὲν ἐν ἀνδριάντι καθελοῦσα ἡ σύγκλητος) Is scilicet plerumque exitus splendoris illius ascititii, quem tyranni suo nomini publice induunt, cum passim statuas suas, tanquam Deorum simulacra, prostituunt: nimirum, *si iudicium posterorum in odium vertit, pro sepulcris spernuntur,* (Tac. 4 A. 38, 3) *strageque & ruina publico gaudio litare* solent. *Plin. Paneg.* 52. *de Domitiani exemplo.* adde *Sueton. Domit.* 23. *Xiphil. Neron.*

1, 15, 49. ἐν γὰρ διηγήσατο αὐτῆς τῆς ἀθρόας τὸ δύσχορον &c.) Egregia descriptio τῆς δυσχορίας siue ἀχθείας aliquoties hoc capite repetita. qualis illa apud *Curtium* 7, 5, 41 de Catenæ *nam & is adeo certo ictu destinata feriebat, vt aues quoque exciperet.* Quanquāpotius huc facit *Cambysis insania* apud *Herodotum* in *Thalia,* vbi itidem *sagittandi arte omnibus omnino hominibus vult præstare,* crudeli specimine edito in Prexaspis filio.

p. 50.

p. 50. τοῖς Μαυρουσίοις στρουθοῖς ὀξύτατα φερομένοις καὶ ποδῶν ὠκὺ καὶ πτερῶν) Celeritatem ſtruthis pedum tribuit hic & remigium alarum. Explicat vtrumque *Plinius* 10, 1: *Auium grandiſſimi & pene beſtiarum generis, ſtruthiocameli Africi vel Acthiopici, altitudinem equitis inſidentis equo excedunt, celeritate* (viderur in quarto caſu legendum) *vincunt: ad hoc demum datis pennis, vt currentem adiuuent: cetero non ſunt volucres, nec à terra tolluntur.* Adde *Strabon.* 16 *de ſtruthophagis.* & præſertim *Diodor. Sicul. Biblioth. lib.* 2. Pertinet huc locus *Plauti in Perſa act.* 2. *ſc.* 2. vbi cum Toxilus dixiſſet; *Vola curriculo*, reſpondet Pægnium; *iſtuc marinus paſſer per circum ſilet.* Quippe *ſtruthiocamelum Feſtus* interpretatur *paſſerem marinum.* Quem *Turnebus* 16 *Aduerſar. cap.* 22 ideo ita dictum arbitratur, *quod ex Africa in Italiam mari aduehereturr.* Adeundi ſunt *Ornithologi Geſnerus & Viyſſes Aldrouandus.*

p. 52. καὶ τὴν βασιλείαν ἀπὸ τῶν μονομάχων) τὸν ex vet. cod. additum agnoſcit *Politianus* & probat cum *Stephano Sylburgius.*

ὡς μηκέτι βάλτος μηδὲ τῷ βασιλέως ἴσιον οἰκεῖν) Merito *inſaniam* hanc vocat *Herodianus.* nam nec cogitauit homo vecors de arte ac inuento prudentiæ monarchicæ, quo Auguſtus olim ſedem Principalis maieſtatis, vt ſic dicam, in Palatio conſecrauerat, apud *Dionem* 53: nec omen translationis veritus eſt; nec turpitudinem loci, & per hæc materiem rumoribus & odiis infeſtiſſimis cooriturum exhorruit. Quid huic amentiæ digne comparari poteſt, præter illum Caligulæ furorem, qui etiam in aliam vrbem transferre ſedem imperii moliens, *propoſuerat Antium, deinde Alexandriam commigrare, interemto prius ſtrimque ordinis electiſſimo quoque.* Sueton. *Calig.* 49.

τῶν μεγίστων ἀγάλματος καὶ κολοσσιαίου) *Lamprid. Commod.* 17. *Coloſſi autem caput demſit, quod Neronis eſſet, ac ſuum impoſuit.* Ad quæ verba *Caſaubonus* notat: *Falſum*, eſſet: *fuerat quidem aliquando, ſed iam non erat, verum ſolis.* idque ex hoc Herodiani loco probat. De coloſſo illo Neronis effigiem gerente, vide *Sueton. Neron.* 31. quem Hadria-

Hadrianus loco mouit, & *post Neronis cultum, cui antea dicatus fuerat, Soli consecrauit*, teste *Spartiano in Hadr.* 19. quem erroris ob id arcessit *Casaubonus*, *à Vespasiano* iam factum, quod Hadriano ibi tribuitur contendens. Equidem *Xiphilinus in Vespasiano*, ita scribit: ὅ, τε κολοσσὸς ὀνομαζόμενος ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ ἱδρύθη, φασὶ γὰρ αὐτὸν τό, τε ὕψος ἑκατὸν ποδῶν, καὶ τὸ εἶδος, οἱ μὲν τὸ τοῦ Νέρωνος, οἱ δὲ τὸ τοῦ Τίτου ἔχειν. *Colossus, quem vocabant, sacra via collocatus est. Dicunt autem altitudinem eius esse pedum* c (Sueton. CXX.) *figuram alii quidem Neronis, alii autem Titi habere asserunt.* Quilocus optime pro Spartiano accipi potest. adde *Suet. Vesp.* 18.

ὑπογράψας τῇ βάσει ἐκ ἃς εἰώθασι) *Lampridius* 17 contra: *titulum more solito subscripsit, ita vt illum gladiatorium effeminatum non prætermitteret.* In eundem sensum *Xiphilinus ex Dione* scribit. Vnde *Casaubonus* probabiliter existimat, *codices Herodiani corruptos esse, tollendamque negatiuam* ἐκ, vt cum ceteris congruat. Alias illa inscriptio, *Mille gladiatorum victoris*, firmatur loco *Lampridii in Commod.* 12: *refertur in libros tantum palmarum gladiatoriarum confeciſſe, vel victis retiariis vel occisis, vt mille contingeret.*

1, 16, 53. ταύτης γὰρ τῆς ἑορτῆς ἀφιέσης) *Schotti msc.* ἀφισάσης, quod & *Stephanus* voluerat.

νομισμάτων τε αὐλοδόσεσι) Quæ de *Saturno* & *Iano*, hoc capite memorantur, passim obuia sunt. De *votis strenisque* principio anni inuicem ex mutuæ comitatis officio vsitatis, vel solus *in* 1 *Fastorum Ouidius* rem expediat. Nobis obiter libet annotare, *antiquitatem Strenarum*, quam *Symmachus lib.* 10. *epist.* 28, *ab exortu pene vrbis* Romæ repetit; *loco memorabili*: ad quem omnino vide *Fr. Iureto* notata.

p. 54. ἀλλ' ἐν τῷ μονομάχων καταγωγίῳ) *Xiphilinus*: ἐβούλετο γὰρ ὕπατός τε ἅμα καὶ στρατηγὸς ἐν τῇ νουμηνίᾳ ἐν τῷ χωρίῳ ἐν ᾧ οἱ μονομάχοι τρέφονται, προελθεῖν. καὶ γὰρ τὸν οἶκον τοῦτον παρ' αὐτοῖς, ὧν καὶ εἷς ἐξ αὐτῶν ἦν, εἶχε. *Volebat Calendis Ianuarii Consul pariter & secutor è ludo gladiatorio prodire. quippe primam apud gladiatores domum, tan-*

quam

quam si esset ex ipsorum numero vnus, habebat.

ἐπεὶ ἦ τῶν γνώμην αὐτὸς) *Periodus aliquantum perturbata est, & parenthesi videlicet, & triplicata relatiui vsurpatione, eaque ipsa figurata: quippe quod secundo in loco pro copula vsus, tertio in loco pro cognato pronomine αὗτη relatiuum sit positum. Sylburgius.*

I. 17, 55. χαμαιλέοντος τέτων δὴ τῶν ἐκ Φιλύρας &c.) Vide prolixe dissentem de talibus *Cl. Salmasium ad Vopisci Firmium* à pag: præsertim 444. *Turneb. aduers.* 28, 32. Ad rem totam insigne exemplum tam *fatalium libellorum* pertinet ex historia Caligulæ apud *Sueton.* 49. *In secretis eius reperti sunt duo libelli, diuerso titulo: alteri GLADIVS, alteri PVGIO index erat. Ambo notas & nomina continebant morti destinatorum.*

p. 56. τὸ δὴ παιδίον ἦν, ἄλλως ἀδύρον) *Lampridius cap.* 9. breuiter complectitur, quæ hic fuse memorantur: *Multos præterea parauerat interimere, quod per paruulum quendam proditum est, qui tabulam è cubiculo eiecit, in qua occidendorum erant nomina scripta.* Porro de talibus puerulis in aula versari solitis notabilis est locus in *Sueton. Aug.* 83. *ludebat (Augustus) cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles vndique conquirebat, præcipue Mauros & Syros.* vbi vide *Casaubono* notata.

p. 57. αὐτήντε μέλλουσαν τεθνήξειν, Λαΐτόν τε κ. ε.) *Stephanus: αὐτὴν γε μ. τεθν. Λαΐτον δὲ κ. ε.* Nihil opus hac emendatione.

p. 58. συσκεψόμενοι αὐτοῖς) *Stephanus: αὐτῇ.* sed *plurale αὐτοῖς respicit Marciam & Electum, quos consultandi gratia conuenisse, manifestum est è præcedentibus.* Ita *Sylburgius. Idem*, qui mox elegantiam locutionis explicat, φθάσαι τι δράσαντες ἢ παθεῖν; vbi *Stephanus* citra causam τὸ μᾶλλον infarcire studet.

συνέβησαν φθάσαι τι δράσαντες ἢ παθεῖν) Apprime declarat hanc ὑπόθεσιν desperationis, siue irritatæ grauiore metu audaciæ illud *Aristotelicum 5 polit.* 3: συνίστασι δὲ οἱ μέλλοντες ἀδικεῖσθαι, βουλόμενοι φθάσαι, πρὶν ἀδικηθῆναι. *Moliuntur res nouas insurguntque etiam ii, qui metuunt iniuriam; præuenire scilicet eam quam expectare aut tolerare cupientes.*

p. 59.

p. 59. ὡδὲ πάσης τροφῆς λαμβάνειν κώλυμα δηλητηρίων) Cum regum vita multis sit exposita periculis, neque vnquam ferme desint scelerati, qui insidias sanctissimis capitibus struant, varia inuenta sunt munimenta regiæ salutis, inter quæ etiam *prægustatio*, à Persis (vide doctissimum *Brisson. de regno Persico*) ad Romanos, iam sub Augusto, translata, sicut notauit olim *Lipsius ad* 12. *A. Tac. fin.* Hinc etiam *antidotorum vsus* ab *Herodiano* annotatur, cuius antiqua consuetudo passim apud reges. De Mithridate *Iustinus* 37, 2, 6 : *antidota sæpius bibit, & ita se aduersus insidias exquisitis tutioribus remediis stagnauit, vt ne volens quidem senex veneno mori potuerit.* Ceterum sicut principibus ipsis vsitata, ita tyrannis in alio suspecta antidota. vnde Caligula *Tiberium fratrem repente immisso tribuno militum interemit, quod antidotum obluisset, quasi ad præcauenda venena sua sumtum. cum tamen is propter assiduam & ingrauescentem tussim medicamento vsus esset. Sueton.* 23. Nam & in alios vsus, quam aduersum venena, interdum adhiberi antidota notum est; siue etiam alia medicamenta antidoti nomine vocari. sicut in *Spartiani Hadriano* 23, Verus *accepto largius antidoto, ingrauescente valetudine periisse* dicitur. vbi Casaubonus antidotum *pro acriore cathartico* poni obseruat.

νεανίαν τινὰ, ὀνόματι Νάρκισσον) *Lampridius athletam* nominat, *cum quo exerceri solebat* Commodus. *Xiphilinus*, Narcissi nomen addit. In serie autem procurati exitii ipsa variant. *Lampridius, venenum ei datum* asserit; *quod cum minus operaretur* (ita enim loquitur) strangulatum athletæ operâ. *Dio*: venenum ei per Marciam in carnibus bouinis datum; cumque non statim posset interire, ob temulentiam & crebrum balnearum vsum (priorem caussam explicabit etiam exemplum Claudii apud *Xiphilin. & Sueton. Claud.* 44.) adeoque iam inciperet suspicari & minari, missum esse Narcissum, qui lauantem interimeret. *Aurelius Victor (in Cæsarib. cap.* 17.) refert: *vi veneni frustrata per cibum quo se casu repleuerat, cum tamen alui dolorem caussaretur, auctore medico, principe factionis, in palæstram perrexisse, ibi per ministrum vngendi*

(nam

Victoris Epitome : Iste coactus imperauit, repugnansque imperium suscipiens tale cognomentum sortitus est. Quod descripsit auctor *Histor. misc. in* 10,19. Sed longe verisimilius est, quod *Capitolinus* tradit: à patre id nomen filio impositum *ex continuatione lignariæ negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret.* Quod *Casaubonus* ita interpretatur: Patrem, cum videret ex lignaria negotiatione, quam exercuerat, parum augeri rem familiarem posse, filium litteris erudiri curasse, vt inde vitam toleraret, & rem faceret, restitisse aliquantisper filium, & paternam negotiationem prætulisse; indeque à Patre *Pertinacis* nomine notatum.

2, 2, 65. ὅπ ὁ Κόμμοδος τέθνηκε μὲν, ὁ πεζὸναξ δὲ βασιλεύ.) vt res gereretur scilicet ex arte *Tacito* notata 1 A. 5, 5: prouisis quæ tempus monebat, *simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem fama eadem tulit.*

p. 66. ἄλλοι δὲ ἀπεπίστερα βλασφημοῦντες) Vide omnino *acclamationes* eiusmodi etiam in Senatu factas *in Lamprid. Commod.* 18 & 19. & exempla similia collecta *Brissonio in formulis* & *Bernardino Ferrario, de acclamationibus Veterum.*

μήπως ἄρα οἱ στρατιῶται ὀκνηρότερον ἐπικέσωσι) Pertinet huc ratio illa *Taciti ex* 2 *H.* 37, 4. *legatos ac duces* & milites *magna ex parte luxus, egestatis, scelerum sibi conscios, nisi pollutum obstrictumque meritis suis principem, non passuros.* Vnde *infra cap.* 3. Pertinax ipse huius metus schema sibi figurat in *grauissima oratione*, quam habuit in senatu.

συγκαλέσας τὲς στρατ.) *redditio periodi à* συγκαλέσας *incipienda est: aut, si redditio in præcedenti membro statuatur, hic copulate legendum* συγκαλέσας τε, *vel relatiue cum Politiano* ὃ συγκαλέσας. *Sylburgius.*

p. 67. τέθνηκεν ἀποπληξίᾳ) Nam ita *supra* cap. 1 decreuerant conspirati, περὶ τὲ θανάτε φήμην ἐσκεδασθῆναι, ὅπ δὴ αἰφνιδίως τετελεύτηκε, ἀποπληξίας ἐπιπεσέσης, *famam de eius morte spargere, quod repente perierit, apoplexia contactus. Capitolinus* in *Pertin.* 4. Fictum est autem, quod morbo Commodus esset extinctus.

εἰς ἓν τέρμα βίε συντελῶσι) *Infra* Cap. 5 *pag.* 79 : παντὶ γὰρ ἀνθρώπων βίῳ ἀνάγκη τέλος ἐπιτεθῆναι. *omni hominum vitæ necesse est finem imponi.* Ceterum ex *Demosthenis orat.* πρὸς στέφανε, iterum expressam hanc *Herodiani* sententiam autumat *Schottus obseru. hist.* 3, 12. Verba *oratoris* sunt: πάντας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τῷ βίῳ ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις ἀνθῇ κατθάρξαι τηρῇ. Cui congruit illud *Euripidis:*

—— κἀποθανεῖν δ' ὀφείλει
ἥτις καλ' οἴκοις ἐκβὰς ἡμῶν πόνων.

& *alterius veteris poëtæ*, apud *Stobæum serm.* 272.

ὅταν γὰρ ὁ καιρὸς τοῦ θανεῖν ἐλθὼν τύχῃ,
οὐδ' αὖ πρὸς αὐλαὶ ζῶσ' ἐκφύγῃ μοχλῶν.

οἷς μὴ πρόθυμον) οἷς expungit Stephanus & *Sylburgius.* Schottus σωτήρια οἱ *salutaria ei.*

στρατιωτικῶν αὐτὸν ἀπαλλάξεων) *Sylburgius* mallet πρόξεων.

p. 68. φόβῳ ὑπολάξον)) *Schotti msc.* ἐπιλάξον). Mox ἀναφυηφορεῦντες mutatū vellet *Stephanus. Politianus* suppleuit, quasi τὸ παρέπεμπον adderetur. *Sylburgius* ἐώρταζον.

2, 3, 69. ἡμέρας ἓν καταλαβόσης κατῆλθεν ἐπὶ τὸ συνέδριον τῆς βουλῆς) *Xiphilinus:* ἐξελθὼν ἦ ἐκ τῶν τειχῶν, πρὸς τὸ συνέδριον νυκτὸς ἔτι οὔσης ἀφίκετο. *Egressus ex castris in senatum venit, cum adhuc nox esset.* & *Capitolinus* 4: *de castris nocte cum ad senatum venisset.* Redigi ad concordiam possunt, si nocte nondum plane præterita, appetente tamen iam die, in senatum venisse dicamus. sicut ex ipsa rei gestæ serie monstrat *in notis ad Capitolinum, Casaubonus.*

p. 70. παρῃτεῖτο τὴν ἀρχῆς τὸ ἐπίφθονον) Confer hanc orationem cum illa Tiberii apud *Tacitum* 1 A. 11. Congruent prorsus sententia dictorum: quamuis propositum dicentium in tantum videtur differre, in quantum boni principis modestia à tyranni cupidine intelligitur distare.

πάντων αὐτὸν ἐκβιασαμένων) Ergo, quod supra ex Victore diximus, *coactus imperauit.* vereque potuit etiam nunc in curia dicere, quod dixerat in castris apud milites, *Ingeri sibi imperium. Capitolin.* 4. *Recusabat imperare, quod erat bene imperaturi:* vt *Plinius* de *Traiano* suo, *panegyr.*

πεζογρ. 5. Non enim ex ingerentibus sed ex subtrahentibus legendi, qui reipubl. molem sustineant.

ἔλεξε πειάδι) *Herodiani* ingenio formata est hæc oratio, facundissima sane, vt ceteræ omnes. Nam Pertinacem ipsum pauca & ἐν τῷ αὐθαιρέτῳ dixisse, *Dio* refert.

p. 71. ὡς δ' μᾶλλον τῶν ἀρχῶν διοίσονται) *Sylburgius*: rectius διοίσονται, seu διοικήσονται: vt congruat cum præcedente ἄλλα αὖ τα.

p. 72. ἐ γὰρ ἐν τῇ καθέδρᾳ ἡ σεμνοτέρα, ἀλλ' ἐν τοῖς ἔργοις) E multis passim in hanc rem bene dictis explicatisque, vel maxime loco commentarii esse possunt ad sententiam Pertinacis, oratio *Synesii de regno & de eodem argumento orationes Dionis Prusaensis Chrysostomi, præsertim* 4; in qua multa cum grauitate Alexandrum docet Diogenes: *non in nomine & solio & insignibus, sed in animo & operibus regiis, regnum esse.*

ὅσῳ γὰ τὰ μεγόμενα) *Stephanus* τὰ μεγόμενα mutari vult in μεγόμενα; & pro μειζόνως rescribi μειζόνα. *Sylburgius* ita: *Vulgata lectionis, si retineatur, hic sensus est: Quanto autem ea quæ in præsens fiunt, maiori odio sunt; & vt mala, tanto futura tanquam bona, sperantur magis. & per μεγόμενα intelligantur præterita ad præsens vsque tempus durantia; & μειζόνως comparatiue accipiatur, propter comparatiuæ particulæ in vtroque membro ellipsin.*

τὸ γὰ λυπῆσαν δυσχέρειαν &c.) Confer illustrem locum *Dionis* 46 p. 356: quem cum similibus nonnullis ad *Senec.* 1 *de benef.* 1 notauit *Lipsius*.

αἰάντιον ἔχων τὸν μνήμονα τῆ λύπῃ.) Stephanus corrigit, ἔχει· sed sustineri potest sententia, mutata interpunctione.

p. 73. ἀφιστορεῖται τὰ ἀλλ' ἐ τυραννίδα πανοπλουμένους) solenne schema principum, inter initia imperii: cuius exempla aliquotiens in *Nostro* recurrunt. annotauimus ea ad 1 A. 11, annot. 6. Proprie huc pertinet locus *Plinii panegyristæ*; & cap. 66: *Illuxerat primus Consulatus dies* (ita ad Traianum loquitur) *quo tu curiam ingressus, nunc singulos, nunc vniuersos adhortatus es resumere libertatem, capessere quasi communis imperii curas, inuigilare publicis*

militatibus & insurgere. Omnes ante te eadem ista dixerunt, nemini tamen ante te creditum est. & quæ sequuntur.

πάσης τιμῆς καὶ αὐδὲς αὐτῶν τυχὼν) De istis honoribus *Capitolinus* 5: *Eadem die, qua Augustus est appellatus, & Flauia Titiana uxor eius Augusta est appellata his horum quibus ille in Capitolium uota soluebat, primus sane omnium ea die qua Augustus est appellatus, etiam Patris patriæ nomen recepit. nec non simul ius quarta relationis.* Quod de *patris patriæ* cognomento ait, illustrari potest loco *Appiani* 2. ἐμφυλ. p. 432. qui annotat, *id cognomen imperatoribus non statim cum fastigio principali, neque omnibus, sed post magna demum merita datum.* De coniuge interceſſit, ſicut *Idem Capitolinus*, 6 & *Xiphilinus* memorant.

ζῶντα ὑπαιτιᾶσθαι) *Stephanus* mallet ζωντὶ. ſed nihil opus mutatione.

2, 4, 74. σεμνὸν καὶ ἄπιστον ἄρχοντα) Totum hoc caput laudibus Pertinacis occupatur. Quarum ſummam proponemus ex *Peirescianis excerptis*, vbi elogium Pertinacis valde memorabile hoc exſtat: ὅτι ὁ περτίναξ τὸ μὲν εἰς πόλεμον ἄριστον, τὸ δὲ εἰρηναῖον ἧττον ὡς τὸ πολὺ ἐνέβαινον, ἀμφότερα κρίνας ὁμοίως ἐγένετο. φοβερὸς μὲν πολεμοῦσι, σοφὸς δὲ εἰρηνεύουσι, ὥν. κὴ τὸ μὲν θρασὺ ἧττον τὸ αὐθάδειον μετέχει πρός τε τὸ ἐκκόφυλον κὴ πρὸς τὸ στασιάζον, τὸ δὲ ἐπιεικὲς ἧττον τὸ δίκαιον μεθαλαμβάνει πρός τε τὸ οἰκεῖον, καὶ πρὸς τὸ σῶφρον ἐνιδίκυλο. προσχθεὶς δὲ ἐς τὴν τ' οἰκειμένης προστασίαν, ἐκ ἠλέγχθη ποτὲ ὑπὸ τ' τῶν μείζονος αὐξήσεως, ὡστε οὐ μὴν τοῖς ἁπαντῶσι, οὐ δὲ τοῖς ὁσιωτέροις δὲ καθήκοντος γνόος ἀλλ' ὁμοίως ἀπ' ἀρχῆς ἅμα πάντων μέτρον τ' τε λόγ' διετέλεσε, σεμνὸς ἔξω τῆς σκυθρωπῆς, πρᾶος ἔξω τῆς ἁπλότ, φρόνιμος ἄνευ κακουργίας, δίκαιος ἄνευ ἀκριβολογίας, οἰκονομικὸς χωρὶς ῥυπαρίας, μεγαλόνους χωρὶς αὐχήματος. *Pertinax, quamuis plerumque uirtus militaris in agrestem feritatem, pacis industria in pusillanimitatem excedit, utraque laude præstabat, grauis bello, pace prudens. Et audaciam quidem cum uirtute, aduersus exteros & seditiosos: aquitatem uero cum iustitia, erga populares & modestos adhibebat. Cumque prouectus esset ad impe-*

imperium terrarum orbis, non ita se imparem tali fastigio passus est deprehendi, vt modo humiliorem iusto, modo insolentiorem se præberet, sed per omnia ab initio vsque ad finem æquabili tenore vsus, grauis fuit sine tristitia, comis sine humilitate, prudens sine calliditate, iustus sine acerbitate, frugalis sine sordicie, magnanimus sine arrogantia. Non piguit locum tam nobilem describere: quia in paucorum manibus versari scio illum librum. De cetero, valde probo coniecturam *doctissimi Henrici Valesii*, qui fragmentum putat, ex *laudatione funebri Pertinacis à Seuero habita*, annotante *Dione in Seuero.*

ὡς τε τοῖς πρόοδοις καὶ τοῖς δικαστηρίοις πρᾷον καὶ ἥμερον ἦθος ἐδήλου.) *Xiphilinus*: ἐχρῆτό τε καὶ ἡμῖν δημοτικώτατα. καὶ ἦν εὔπροσήγορος. ἦκέ τε ἑτοίμως ὅτι τις ἀξιοίη, καὶ ἀπεκρίνετο ἀνθρωπίνως ὅσα αὐτῷ δοκοίη. *Vtebatur nobis* (senatoribus) *ciuilissime: eratque admodum affabilis; promte audiens, si quis aliquid peteret, & comiter respondens.* Capitolinus 9: *ciuilem se salutantibus & interpellantibus semper exhibuit.*

p. 75. τῇ ῥωμαίων ὑπὸ Περτίνακι ἀρχῇ) *Stephanus* præfigit articulum τῇ propositioni ὑπό. At *Sylburgius* ait: *retineri vulgata lectio potest, absque articuli repetitione: hoc sensu: gratulantibus omnibus Romano sub Pertinace imperio. i. e. omnibus Romano imperio gratulantibus, quod Pertinacem inuenissèt Principem.*

p. 76. ἐπ' ὀλίγων μηνῶν δύο) Sc. ex eo tempore cœpit se exerere contumacia militum & dedignatio parendi. De interuallo enim quodam ab hoc tempore ad necem ipsam accipiendus videtur *Herodianus*, vt congruat cum *Dione*, qui imperasse Pertinacem, *dies* LXXXVII testatur; & *Capitolino*, qui *menses duos, dies viginti quinque* imperio eius tribuit. cum quibus facit *Africanus*, qui itidem dies πζ numerat. *Eutropius* LXXX dies. At *Eusebius in Chronico canone* quantum differt? qui regnasse ait μῆνας ϛ, *menses sex.* quod & alibi firmat 5. *Eccles. histor.* 27. qua de re disputat *Iosephus Scaliger in animaduersionibus Eusebianis*; & concludit denique: *dicendum minus quam sex*

menses imperasse Pertinacē, & plusquam dies LXXXVII. Sed nihil opus est, consensum tot auctorum in dubium vocare. Quis enim non videt *Eusebium*, totum illud tempus ab exitu Commodi ad initium *Seueri*, tribuere Pertinaci, praeterito *Iuliano*, qui inter vtrumque imperium tenuit *mensibus duobus diebus quinque*, teste *Spartiano*? Omittitur autem in serie Imperatorum à nonnullis Iulianus, tum quia malo more imperium mercatus erat, tum quia statim res nouae ipsum exceperunt, rectoribus prouinciarum eius imperium detrectantibus, & de Principatu contendentibus, donec rerum summa ad Seuerum peruenit. Interuallum ergo illud inter Pertinacis mortem & Seueri initia, certamina potius de Principatu, quam Principatum habuit. Atque ita habemus causam, cur & Iulianus praetereatur, & Pertinacis imperio plures adiiciantur menses. Imperio, inquam, eius, non vitae, interuallum turbarum post mortem eius exortarum contribuitur. Cum *Eusebio* prorsus facit *Nicephori Patriarchae Chronographia*.

τοῖς ἢ βασιλικοῖς κτήμασι.) Nam superiores Principes multa ad se traxerant, eaque re inuidiam patrimonio suo contraxerant. Vnde *Plinius in Panegyrico* 50: *Non enim exturbatis prioribus dominis omne stagnum, omnem lacum, omnem etiam saltum, immensa possessione circumuenis*, mox: *tandemque imperium Principis quam patrimonium maius est. multa enim ex patrimonio refert in imperium, quae priores Principes occupabant, non vt ipsi fruerentur, sed ne quis alius.* & quae plura sequuntur. Pertinet autem huc vel maxime consilium, quod iam olim Maecenas Augusto dedit apud *Dionem* 52 p. 553: *debere Augustum agros & praedia bello parta, praeter pauca & necessaria, vendere*: addita graui ratione: ἔστι γὰρ ἢ τε γῆ ἐνεργὸς ἔσται, ὅταν ὁπωσοῦν αὐτεργῶς διοικῆται, καὶ οἰκέται ἀφορμὴν λαβόντες ὑποχώριοι γένωνται· τό τε δημόσιον ἀμοιβὴν καὶ ἐπιδόσεις τοσάσδε ἕξει. *Nam ita terra fertilior erit, si dominis ipsis colenda detur; & occasione hac ditiores euadent possessores, & aerarium sufficientes perennesque reditus habebit.*

p. 77. ἐπί τε ὄχθαις ποταμῶν καὶ λιμέσι πόλεων.) Quatenus alias liceat de fluminum & portuum vsu erigere vecti-

vectigal, vide apud *H. Grot. 2 de iure b. & p.* 2,14. In tota hac quæstione, siue cum exteris siue cum ciuibus res sit, concertant veluti illa duo argumenta : *Ius & libertas regnorum* ex vna parte; ex altera, *æquitas imperii & moderatio.* Illud *prius* cum in disputationem adductum est, vix cedunt, qui regia iura animose tueri & laxe interpretari, inter artes regias ponunt. Vnde *Camdenus in Elisab. part.* 5: *Principes*, inquit, *vectigalia, quæ semel intenderunt, vix vnquam relaxant, qui huiusmodi Regalia (vt vocant) ad cuiusque regni ius & libertatem spectare, nec externæ moderationi subiacere iudicant.* Verum *externis* nimia imponere vectigalia inhumanum; ciuibus, tyrannicum; sicut locus *Herodiani* ad quem ita redimus, indicat. Caute tamen versandum esse, in iudicio de vectigalibus ferendo, alibi monuimus in hanc ferme (si repetere hic licet) sententiam: ¶ Ante omnia, contra vim dominationis, quam Statistæ crepant, opponemus illud *Amm. Marcell.* 30, 27. *Regenti imperium, omnia nimia, velut prærupti scopuli sunt deuitanda.* Et cap. 28. *Sunt aliqua quæ fieri non oportet, etiamsi licet.* ¶ Deinde, Etiamsi ab inuitis etiam subditis tributum exigi posse, in vniuersum & penitus negari non possit, tamen *laudabilior & prudentior via est, à volentibus impetrare. Comin.* 5, 18. exemplo promti Gallorum animi narrato, subiungit : *Nonne coram Deo & hominibus æquum iustumque sit, potius hac ratione pecuniam accipere, quam violenter, aut malis artibus? V. Dion.* 46. *pag.* 355. ¶ Hic *consensus etiam magnitudinem tributi minus inuidiosam facit.* Præsertim, *vbi caussa vrgentior, necessitas maior, talia postulat, quæ noua & dura videntur.* Tum enim nec recusandi, subditis, nec criminandi occasio supererit. *Comin.* 6, 7. de Caroli VII. exactionibus : *Tum quidem caussæ suberant ingentes & capitales, tam tuendis occupatis prouinciis, quam impediendis soluendisq; conspirationibus, quibus regnum concipilabatur: itaque assensum ei præbuerunt proceres, &c.* Grande & durum, nisi à volentibus & necessitatem agnoscentibus impetrasset, videretur Ioannis Reg. Dan. Christiani I. F. tributum, cum pro vnoquoque vomere binos aureos capit-

Meurs. hist. Dan. l. 1. p. 22. in rebus Io. Modo ne fingantur hæc, sicut exemplum Aureliani *Marcellinus* 30, 28. annotauit. & difficulter creditur, quod de Vespasiano nonnulli iactarunt apud Suet. Vesp. 16. ¶ Sunt & alia, *ob quæ tributi magnitudo non statim suspecta esse debet:* vt, *opes regionis; facilitas reparationis, spes magna & præsens* (absit modo temeritas) *in cuius elaborationem magni sumtus sed cum fœnore redituri requiruntur, consuetudines auitæ* (caute id volo capi) *& similia.* ¶ *Ipsa* etiam *Regnorum iura diligenter discernenda sunt.* Sic *Cominæus* longe arctius adstringit Reges Galliæ, quam ut ad omnium regnorum potestatem eius assertio valere possit. *Illa iura augentur aliquando aduentitiis rationibus.* ut, si quid victis, ex conditione belli & pro ratione securitatis imponitur: qualia ad certam rationem redigi non possunt. Adi *Grotium* de iur. b. & pac. 3, 15, 6. Iam, *quod attinet ad res vnde tributum exigitur*, haud dubie crassius agunt, *qui pro frumento, rebusque maxime necessariis nihil exigendum* disputant. vid. *Luther. d. C.* 1, 6, 23. Taceo *consuetudinem*; ob quam tamen §. 25. *Lutherus* mox corrigere sententiam opus habuit: quid si inde potius sumere, *aliorum remediorum defectus, ingenium regionis, res nata, aliæve causſæ* iubeant? quid si *non inuitis subditis*, quibus aliis in rebus parcitur, fiat? *Non possunt sane iisdem ex rebus, diuersis in locis, diuerso statu, diuersis hominum studiis, colligi tributa.* ¶ Imo, *est hæc tota quæstio penitus ἀδιάφορος, neque temere de consilio Imperantium in sequiorem partem pronuntiandum est. Non spectanda sunt hæc ἁπλῶς, simpliciter; sed examinanda πρὸς τὴν κατάστασιν τῆς πολιτείας καὶ συμπλώματα χρόνου, ad statum ciuitatis & temporum.* ¶ Itaque *nihil minus quam facile iudicium est de tributis, eorumque institutione, excogitatione, titulis: propter varietatem status, causſarum, circumstantiarum, quas vocant.* Fitque etiam inde difficilior & anceps magis hæc censura. *Quoniam aliquando cohæret res tributaria cum arcanis imperii. quæ, nec propalare consultum; nec, inquirere licitum aut decorum est.* Quomodo igitur statim, audito nomine *centesimæ, vigesimæ, decimæ*, possum de iniquita-

quitate aut nimia exactione suspicari? ¶ *Aliqua tributorum nomina, infamat sola peregrinitas.* Mirabile videtur huic genti, quod alteri familiare est: sicut vicissim quæ nobis plane non sunt insolentia, aliis mira viderentur. ¶ Denique cum, *ab origine* sit *vna tributorum mensura in publicis necessitatibus quærenda*; ampliusque *iustitia eorum ex administratione & dispensatione; à consequenti, iudicari debeat* (v. orat. Mæcen. ap. Dion. 52.) *igitur vbi ad horum cognitionem peruenienti facultas aut ius est, sententiam ferre in proclui erit: quod si autem inuoluta sunt hæc & abdita, decuerit haud dubie prudentem, Setus illa, & ex foro in omnem vitam transferenda formula:* Non liquet. ¶ Cetera *Conscientiæ eorum, qui illa tractant, relinquenda*: quam metu pœnarum & inferni obstringit *Comineus* 5.18. Idem qui, cum tot dubia in hoc negotio concurrentia animaduerteret, verissima denique præcisione (quæ & nobis clausulam præbebit) se expediuit: *Exacte inquirentibus nullibi perfectum quid in rebus humanis inuenietur.* ¶ Atque hæc est trutina æquitatis circa vectigalia & tributa & exactiones extra ordinem institutas. qua non id agitur, vt prætextus detur magistris rapacitatis & repertoribus nouorum onerum; sed vt necessitas & innocentia Principum consilia à tyrannicis hypothesibus, quotiens opus est, rite distinguantur.

ἐπεὶ καὶ τὰς συκοφάντας ἡ πόλις ὧν ἠδίκησε) *Capitolinus 7: delatores vinctos grauiter puniri iussit, & tamen mollius quam priores imperatores; vnicuique dignitati, si delationis crimen incurreret, pœnam statuens. Petrus Faber* legit, *delatores conuictos: Casaubonus* ex codice regio reponit, *certos. Lenius tamen*, inquit, *quam priores principes.* Nam Titus *delatores assidue in foro flagellis ac fustibus cæsos, ac nouissime traductos per amphitheatri arenam, partim subitici in seruos, ac venire imperauit, partim in asperrima insularum auehi. Suet. Tit.* 8. adde *Domit.* 9. *Traianus* itidem *nauigiis impositos tempestatibus dedidit: Plin. Paneg.* 34 & 35. Ceterum, quomodo delatoria illa diritas & malignitas tyrannicis propositis seruierit, ex *Taciti* Tiberio, & *Ammiani Marcellin.* opere præsertim vbique videre licet.

ὡς τὸ τὸ ἰδιον αὐτῷ, ἤδη μεῖζόν τι ἦν) Idem *Xiphilinus* tradit & *Capitolin.* 13. vbi not. *Casaubon.* Quare nec *Cæsaris* appellationem, filio à senatu decretam admisit, sed distulit, *donec meruerit. Capitolin.* 6. existimans *sc. corrumpi* eum potius præmaturis honoribus: ἀλλ' ἀφθαρῆναι ἂν ἡδέλετο, inquit *Xiphilinus.* Expressit eam sententiam Tiberius ap. *Tacitum* 4 A. 17, 3: *ne quis mobiles adolescentium animos, præmaturis honoribus ad superbiam extolleret.*

2, 5, 78. ἵν' τε ἀσυλίας τὴν κεφαλὴν) *Sylburgius post* κεφαλὴν *desiderari videtur* ἐπιθυμητὸς, *aut simile quodpiam vocabulum. Vel præcedens* τε *vsurpata est pro* καὶ ὥστε, *adque. Politianus id comma cum sequenti coniungere maluit.*

ἐπεσῆλθον τοῖς βασιλείοις, ὅτε δεξιὰν ἀλλήλοις) Occasionem huius motus amplius expositam vide apud *Xiphilinum* & *Capitolinum. Herodianus*, præcipuam causam, annotat: tanquam instituto pragmaticæ obseruationis maxime idoneam. In *numero* variant. *Dio*, *ducentos* procurrisse in Palatium, *Capitolinus*, *trecentos* asserit, quem ex *Dione* corrigendum censet Casaubonus.

οἱ ἐν τῇ βασιλείῳ ὑπηρεσίᾳ ἔφεδροι) Hi sunt nempe, qui itidem ac milites alieno erant erga principem animo. Καισαρείους vocat *Dio*: qui sub Commodo fuerant in aula. ex quibus licet quosdam vendiderit Pertinax, postea tamen ex venditis aliquos reduxit in aulam, magno suo malo.

p. 79. τοῖς συμβουλεύσασιν αὐτῷ ταῦτα τὸ παρὸν ὠφέλιμα) vide mox, quæ ad finem capitis notantur.

μὴ ἐνθουσιασμῶδες) *Stephanus*: *Legitur etiam* ἐνθουσιασμῶδες. videtur autem ante τὸ addenda esse particula ἀλλά.

τὸ μὲν ἐμὲ, ἔφη) *Capitolinus* 11, *longa & grauis oratione milites placauisse*, ait.

p. 80. καὶ ἐκ ὀλίγου, ἀπεσκοφιτίσε ἀνεχώρει) *Xiphilinus*: vt *primum viderunt Pertinacem milites, omnes pudor incessit, præter vnum. oculis ergo in terram deiectis, gladiisque in vaginas reconditis abituri videbantur, cum vnus ille prosiliens, hunc tibi, inquit, milites gladium mittunt,*

iuxit, & cum dicto irruit ac percutit, ceteris non prohibentibus, sed imperatorem suum una cum Electo occidentibus. Etiam nomen infesti parricidæ expressit *Capitolinus*: *sed cum Tanusius quidam, unus e Tungris, in iram & timorem milites loquendo adduxisset, hastam in pectus Pertinacis obiecit. Tunc ille precatus Iovem Ultorem, togæ caput operuit, atque à ceteris confossus est.*

p. 81. ἔτι ἢ λαλεῖν) *Sylburgius* ita annotat: *mancus est locus, ut cum ex sequentibus est perspicuum, tum ex Dionis epitome. Talis igitur quædam requiri videtur lectio:* ἔτι ἢ λαλεῖν τὸν πρεσβύτην, ἐπιπίπτοντες ἕτεροι ἄνεσι, ἀγεμφῶς ἐνὸς τῶν βλημεροτάτων, φονεύουσι. *Sicut etiam Capitolinus refert, Tungrum quendam, militibus in iram & timorem loquendo adductis hastam in pectus Pertinacis obiecisse; posse, ceteros eum confodisse. Vel saltem pro* ἔτι *reponendum* ἕτεροι, *alii.*

κρεσσόμων βίῳ καὶ σεμνότητι, ὡς σεσείρηται) Laudes eius magno consensu traduntur, præsertim ab *Herodiano* & *Dione*. nam *Capitolinus* negligentius dicam an sinisterius interdum de moribus eius iudicat. De cetero digna sunt obseruatu, quæ *Dio* in tam bono Principe reprehendit. Quorum *primum* est, *quod omnia soluerit simul & semel emendare, non cogitans, licet peritissimus alias,* ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἀθρόα ἅπαντα ἀσφαλῶς ἐπανορθωθῆναι, ἀλλ' εἴπερ τινὰ καιρὸν πολιτικὴ καὶ εὐστοχία καὶ σοφίας χρῄζει, *multa simul tuto emendari non posse, sed si quidquam, præsertim ciuilem constitutionem & ordinationem tempore consilioque opus habere.* Agnoscas *Dionis* annotationem, qui eandem obseruationem in exemplo Augusti, caute & *paulatim* rempublicam ordinantis proposuit *lib.* 52. *Altera reprehensio* est, *quod furentium militum insaniæ se obtulerit, cum tamen tutoris defensionis uires supperterent, & præterea occultationis aut fugæ occasio non deesset.* Iudicium *Dionis* ita conceptum est: πρᾶγμα οὐτ' ἐν ἀγαθῷ, εἴτε ἀνοίᾳ, εἴθ' ὅπως τις αὐτὸ ὀνομάσαι βούλοιτο, ἔπραξε. *Rem fecit, vel generosam, vel stultam; sive quis alio velit nomine signare.* Generosum propositum sane fuit grauissimi senis, sed parum prudenter præsenti negotio accommodatum; cum cogi-

cogitare debuisset, *parum tutam maiestatem sine viribus esse*, vt est apud *Liuium* 2, 55. Quippe impetus ille constantiæ qui præsidium ab audacia mutuatur, vix vnquam excusari potest, nisi *articulus vltimi discriminis cetera remedia interceperit*. Vnde & *Herodianus* noster in hoc ipso capite dixit: *Pertinacem vtilia in præsens suadentibus non obtemperasse*. *Tertia reprehensio* in tam laudatum Principem à *Iuliano Apostata in Cæsarib.* conficta: ἢ σὺ ὦ Περίναξ, ἠδίκεις γοιγωνῶν τ ἐπιβολῆς, ὅσον ἐπὶ τοῖς σπέρμασι, ἧς ὁ μάρκε παῖς ἐπεβουλήθη. *Tu vero, Pertinax, etiam inique egisti, quod insidiarum & consiliorum, quibus Marci filius periit, particeps fuisti.* *Confictam* dixi reprehensionem, quia nemo id tradit de Pertinace, & *Herodiani* historia diserte reclamat. Nam *Capitolini* verba *cap.* 4; *tunc Pertinax interficiendi Commodi conscientiam delatam sibi ab aliis non fugit*; præterquam quod nihil definiunt, etiam in mendo cubare videntur. Quapropter *Carolus Cantoclarus* in Iuliano magis probat, δοκεῖς, quod nonnulli codices habent pro ἠδίκεις: & ὅσον ἐπὶ τοῖς σπέρμασι, interpretatur, *saltem animo & cogitatione.*

p. 2, 6, 82. Προσεκήρυττον ὤνιον τὴν βασιλείαν) ὅτε δὴ καὶ πρᾶγμα αἴσχιστόν τε καὶ ἀνάξιον τ Ῥώμης ἐγένετο ὥστε καὶ ἐν ἀγορᾷ καὶ ἐν πολιτηρίῳ ἑνὶ, καὶ αὐτὴ καὶ ἡ ἀρχὴ αὐτῆς πᾶσα ἀπεκηρύχθη. καὶ αὐτοῖς ἐπίπρασκον μὲν οἱ τὸν αὐτοκράτορα σφῶν ἀπεκτονότες. *Accidit autem tum res turpissima vrbeque Roma plane indigna. Namque sicut in foro & mercatu quodam & vrbs & imperium eius venale edictum est; vendentibus Principis sui parricidis.* Merebantur ista ex *Dione* huc adscribi.

p. 83. πείθουσιν ἐν αὐτὸν ἥτε γυνὴ, καὶ ἡ θυγάτης) Ita etiam *Zosimus*, ab vxore instigatum tradit *lib.* 1. contra *Spartianus vxorem & filias in Palatium vocatas, trepidas inuitasque transisse, quasi imminens exitium præsagirent*, memorat *in Iul, cap.* 3. Verum ille *in hac vita*, perpetuo à Græcis dissentit. id quod iam *Cl. Salmasio* notatum.

p. 84. φοβηθέντες τὴν ὠὴς τ Περίνακα συγχύσειαν) Iulianus enim monebat, *ne eum imperatorem facerent, qui Pertinacem vindicaret. Spartian.* 2. vide turpissimam vtriusque licitationem *Dioni* descriptam. καὶ

καὶ ἐκείνων εἰκόνας ἀποκλαιήσοντες) *Sylburgius: Politianus videtur legisse* ἐπικλαιήσοντες. *Et Iuliani imagines pro Pertinacis imaginibus substitutæ intelligantur. Sed Vulgatum* ἀποκλαιήσοντες *retinere, Commodique imagines cum eius nomine restitutas intelligere, nihil, Et quidem videtur, vetat.*

p. 85. πλέον τι τῆς σωμηθείας δορυφορήμασιν) *Zosimus lib.* 1. θέαμα ἔδωκεν ἰδεῖν ἄπασιν, οἷον ὑπαπτότερον ἰθιάσαντι, εἰσήγετο γὰρ εἰς τὰ βασίλεια μήτε γερουσίας ἑπομένης, μήτε ἄλλης εὐνόμου δορυφορίας, μόνων δὲ τῶν κολασησόντων αὐτὸν εἰς τὸ στρατιωτῶν σὺν βίᾳ τοῦτο δόντων αὐτῷ τὰ βασίλεια καὶ τὴν ἐν τούτοις πᾶσαν ἀποκοίλωσιν. *Spectaculum præbuit omnibus, nunquam antea visum, quippe in aulam deducebatur, neque senatu præeunte, neq; illo legitimo satellitio stipante; solis autem, qui constituerant eum Principem, militibus tradentibus per totam aulam omneq; aulicum instrumentum.*

Ὅτι ἡ πρώτη ταυτὶ φθάρη τὰ τῶν ἁρμάτων ἤθη) Insignem hanc ἐπίνευσιν, cum emphasi & momento fati publici periodico, ab *Herodiano* propositam, iam alibi commendauimus: præsertim *in not. Vellei. ad* 2, 20, 4. & *ad Tacit.* 1. A. 2. *annot.* 5. Ita nimirum, quod pro munimento principatus Romani excogitatum erat, in exitium eiusdem vertit: factumque est, vt milites nemini magis quam suo Principi, quem tueri debebant, timendi essent.

ἀπείρους ἀλαβολῆς) Vocem ἀλαβολῆς *Stephano* suspectam, *Sylburgius* mutat in ἀλαβοῆς.

φοβέωντες) Sylburgius: *in φοβέωντες subaudienda etiam quædam* ἐπὶ ξέωντες *significatio. & Græca sic vertenda: sumtis igitur armaturis, corporibusque undiq; septis, & in aciei formam dispositis, vt, si opus esset, etiam bellarent.*

2, 7, 86. ὁ δ' ὃν Ἰουλιανὸς ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὸν δρόμον) Particulam huius capitis priorem integram descripsit *Suidas*; vt alia plura. Ceterum *Herodiano* vt & *Dioni*, contradicere videtur *Spartianus*, qui *parsimoniam* Iuliani commendat *cap.* 3. Facile interim apparet, cui credendum sit. In antecedentibus pro τῆς φιλοχρηματίας αὐτῶν, *Sylburgius* cum *Schotto* αὐτοῖς legit sc. militibus.

p. 87.

p. 87. ἡ ἀφ' ἁπάσας) Sylburgius ἀλαζονείας sive ἀλαζονίας mauult.

ἔστε τὸν ἱππόδρομον &c.) Vide *Spartianum* c. 3. & *Dionem*.

τῶν μὲν ὑπατικῶν πολλῶν ὑπαλόν.) Stephanus vult: ἐ ὑπὸ πολλῶν. At *Sylburgius* ita annotat: *Nigri consulatus bellum eius antecessit annis nouem A. V. C.* 937. *fuit tamen is consulatus non ordinarius, sed suffectus*; & *docent fasti Panuinianni.*

p. 88. ἀφιέσαι ἡ γνώμη) *Stephanus*, φήμη malet. quod & *Sylburgio* videtur.

p. 90. ἔχοιτε) ἔχητε, *Stephanus* & *Sylburgius* volunt.

ἐυδοκιμήσας ἐν πολλοῖς καὶ μεγάλαις πράξεσι) Consentit *Spartianus in Nigro*, & per argumenta ostendit *cap.* 3 & 4: *Xiphilino* tamen dicitur, ὅτε ἐς τὸ κρεῖττον, ὅτε ἐς τὸ χεῖρον ἐπίδηλος: *neque in bonis, neque in malis insignis, ita* & *nec laudis in eo, nec* & *uituperii magna sit occasio.* Addenda sunt *excerpta Peiresc.* p. 735. An diuersitas illa ex eo fonte, quem *Spartianus* indicauit *in exordio Nigri* itemque *c.* 9? *Rarum*, inquit, *atque difficile est*, & *quos tyrannos aliorum victoria fecerit, bene mittantur in litteras: atque ideo vix omnia de his plene in monumentis atq; annalibus habentur. Primum enim, quæ magna sunt in eorum honorem, ab scriptoribus deprauantur*; *deinde alia supprimuntur: postremo non magna diligentia in eorum genere ac vita requiritur, cum satis sit audaciam eorum & bellum in quo victi fuerint ac pœnam proferre. Salmasius* legit, *in eorum horrorem*, bono sensu; & de phrasi in scriptore Latinitatis non tam exactæ, minus cogimur dubitare. Quamquam facilius crediderim, Spartianum voluisse, *in victorum honorem* plerumque supprimi aut corrumpi. & ea verior caussa frequentiorque. *Spartianus* autem operæpretium sane fecit, in colligendis, quæ de *Nigro* & *Albino* reperiri poterant. ceteri enim sparsim & carptim agunt.

p. 89. φύσει τι κέφορον τὸ Σύρων ἔθνος) Vide, quæ de Syrorum ingenio notauit *Cæl. Rhodigin.* 18, 34. & 25, 25. adde infra *Nostrum*: 2, 10, 101.

κεῖθεν

χρεὸν ἀπὸ πάντα τὸν ἐναντίον ἐορτάζεσιν) Vide *Iulianum Apostatam in Misopogone*: qui sc. odio Christiani nominis pleraque exaggerat & inuidiose interpretatur.

2, 8, 92. πᾶσι κοσμήσαντες ἔξωθεν βασιλικοῖς συμβόλοις) An & statua in fastigio? quem in domibus Augustis morem fuse explicat *Cl. Salmasius ad Spart. Nigr.* 12. περιστεφῶσί τε ἀπ' ἐναίων τὴν ἐθῶν) Compara primordia Principatus Vespasiani apud *Tacitum* 2 H. 80 & 81.

p. 93. αὐτῆς ἐδίδε) *Stephanus*: αὐτοῖς ἐδίδε.

2, 9, 94. νοήσαι τε ὀξὺς, καὶ τὸν νοηθέν ἐπιτελέσαι (ἀκύς) Descripsit ista ex *Herodiano*, *Ioannes Antiochenus*. Optimorum est imitator *Herodianus*, sicut supra *Demosthenis* studiosum monuimus. Hoc è *Thucydide* hausit, qui *lib.* 1. Athenienses ita χαρακτηρίζει, quod sint καὶ ἐπινοῆσαι ὀξεῖς καὶ ἐπιτελέσαι ἔργῳ ἃ ἂν γνῶσιν, *& cogitatione & cogitatorum executione celeres. Scholiastes* ὀξεῖς δὲ τὸ καινᾶ denuo subaudit. Quod si ita est, i. e. si ita scripsit Thucydides, *Herodianus* memorabili imitationis genere seueritatem illam Thucydideam faciliore orationis nexu fluxuq; emollire voluit. Ceterum magni ingenii & agendis rebus idonei vel maxime is character est, quo Themistoclem etiam designat *Corn. Nepos* 2, 1, 4: *Neque minus in rebus gerendis promtus, quam excogitandis erat.* *Velleius* Agrippam pari sententia laudat, tanquam *virum per omnia extra dilationes positum, consultisque facta coniungentem.* 2, 79, 1. Adde quæ de Arminio habet 2, 118, 2 & 3. Sed, vt ad Seuerum redeamus, *excerpta Peiresiana* ita ingenium eius describunt: ὅτι ὁ Σεβῆρος δεινὸς ἦν τὸ τε μέλλον ἀπρεπῶς σκοπῆσαι, καὶ τὸ παρὸν ἀσφαλῶς διοικῆσαι· καὶ πᾶν μὲν τὸ κεκρυμμένον ὡς καὶ ἐμφανὲς ἐξεύρειν, πᾶν δὲ τὸ δυσδιάθετον ὡς καὶ ῥᾴδιον ἐξεργάσασθαι. Elegantissimorum verborum sensus est: *Seuerus multum præstabat in coniectandis callidissime futuris & ordinandis tutissime præsentibus. Occultissima quæque & manifesta deprehendebat: difficillima iuxta cum facillimis conficiebat.*

ἀρπάσας) *Stephanus*, aut διεκόψη, aut aliud quid subaudit.

ἀνέκραξε δὲ αὐτὸν ἐπίφθονα χαριστήριον) *Spartian. c.* 1 & 2. & *Xiphilin.*

ἄπις

ἄπις πάνυ ἀψευδὴς καὶ ἀληθὴς ἅττε πιστεύει) Prudens & grauis sententia ab homine ethnico, cui hactenus consentit *Niceph. Gregoras lib.* 5, vbi oraculum Trallibus de Andronico repertum exponit. Vide locum, & adde *prope finem libri eiusdem, totam de oraculis* dissertationem, memorabilem vtique: licet cupidiores eiusmodi abstrusarum rerum animos satiatura non sit. Qualia sunt etiam omnia in hoc genere commenta, quæ præter Deum & Diabolum, alios & nescio quos medios prodigiorum auctores anquirunt. nam vbi natura tantum in prodigium trahitur, plana iudicandi via est.

ἐν τῷ καθ' αὐτὸν βίῳ) *Spartianus cap.* 3. *historiam vitæ priuatæ* memorat. *cap.* 18. *vitam*, inquit, *suam priuatam publicamque ipse composuit ad fidem.* Ex ea etiam *Damascius in vita Isidori* apud *Photium Biblioth.* 242 *p.* 1030, aliquid refert de mirabili lapide.

p. 96. μεμνημένους τ' περὶ νικῶν καὶ ἡγεμονίας) adde *supra* 2, 1, 62.

πρὸς τὰς πολέμους) π. τ. πολεμίους, *Schottus* & *Sylburgius.*

p. 97. μήτε ὄρνις φειδόμενον) Talis *Lysander* apud *Plutarchum in vita*, & *apophthegm.* & *Philippus Macedo* apud *Iustinum.* His illud in ore, imo in mente: τὸ ἀληθὲς ψεύδους κρεῖττον εἶναι, ἐκλείπειν δὲ τὴν χρείαν τῶν ἀξίαν καὶ τῶν πρέπων ἀφίζεσθαι. *Veritatem quidem mendacio præstare, sed vtriusque dignitatem & honorem vsu discerni.* Ceterum Seueri animus sub vulpe latens non fefellit seniores, qui *fictam modestiam & propositum in omnia quæ sibi vtilia crederet, audacter expeditum* & ipsi metuebant & aliis prædicebant *infra* 2, 14, 114 & 115.

p. 98. καὶ τὸ Ἰλλυρικὸν ἅμα καὶ ἄρχ.) *Schottus* probante *Sylburgio*, κ. τ. Ἰλ. σφαλάττειν τε ἅμα καὶ ἄρχ.

2, 10, 99. ἐκ εἰς ἐκεῖνον ἀνοφέρομεν, ἀλλ' εἰς τὰς ἐπὶ αὐτῷ κλαυσας) Ratio huius iudicii petenda est ex *Lamprid. Alex. Seuer. Mammææ cap.* 65 & 66. adde *annot. nost.* 6. *ad cap.* 5. *lib.* 1 *A. Tac.*

ψυχαῖς, ἡμῶν μνήμη) *Sylburgius*: *Ald.* & *Bas.* ὑμῶν. *Mox* οἱ ἢ *reddituus*, *vt apud Pausaniam sæpe. pro* οἱ ἢ ſ. ἔτι, *aut* ἔτι ἄν *pro* ἐπεὶ *ab initio leg.*

Ἀλλ'

Δι' ἃ τὸν ἐκείνῳ γνώμην) *Stephanus*: μνήμην.

μέχρι ἡμερῶν; *Sylburgius*: *subaudiri potest* ἐνῶν, *vt sit aliquandiu. Sententia tamen requirit potius*, μέχρι τῶν νῦν ἡμερῶν, *vel* μέχρι τοῦ νῦν, *vsque ad hæc tempora.* In præcedentibus, ἡμέρᾳ pro ἅμα legendum *Sylburgius* putat: aut forte studio omissum accusatiuum à Seuero, qui se voluerit ipse intelligi.

p. 101. μετὰ παιδιᾶς ἀποσκῶψαι ἐπιτηδείοι Σύροι) Infra etiam *Alexandrinos* describit 4, 9, 198: πιφύκασι δέ πως ἐπὶ τῇ φιλοσκώμμονες, καὶ λέγειν δυσχερῶς ὑποχαράττειν ἡ παιδιά. Post οἰκοῦντες deesse οὓς aut aliquod tale putat *Schottus* & *Sylburgius*.

ἵνα ἡ βασιλεία ἐστὶν ἐκεῖ) consilium primarium noua molientium: ita *Sylla*, *Marius*, *Cæsar*, *Augustus* dominatum sibi paraueranr.

Τοιαῖς τε ἀρρήτοις πιστεύοντες) Id in partem aut certè speciem consilii præsidiique venit. Ita apud *Tacitum* 2 H. 82, 6: *sufficere videbantur aduersus Vitellium, pars copiarum, & dux Mucianus; & Vespasiani nomen, ac nihil arduum fatis*: quod postremum membrum magna & opportuna grauitate cæteris subrextum *fiduciam ex ominibus & prodigiis & responsis concepiam*, notat.

2, 11, 102. μηδένα διδοὺς ἡμερὸν ἀναβολῆς) Compara hanc strenuitatem, ad euentum valde efficacem, cum Nigri cessatione & ignauia, *supra* 2, 8, 93.

ἀπὸ τῶν συμβαλόντων, τῶν ξυμβαλόντων, codex *Schotti*.

p. 103. μετὰ ἀρετῆς πάντα ἐπιτρέπου) Eo sc. euentu effectuque imperatoriæ virtutis, quem *Leo* demonstrauit in *Tacticis* 20, 111. Νίφειν ὀφείλεις καὶ λίαν ὑπαίχειν ἐγρήγορας, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων στρατιωτῶν καὶ πολεμικῶν μετέχειν πόνων, ὡς στρατηλὰ, ὀλίγα ἢ τοῦ κέρδους. ὕπνος γὰρ καὶ τὴν ἀπὸ πάντων εὔνοιαν μὴ δόξης κλῆσιν, καὶ φιλάθλως ὑπ' αὐτῶν συναγωνιζομένους σοι ἀρετῆς καὶ τοῖς κινδύνοις ἕξεις. *Sobrius esto, Imperator, & vigilans, multumque laboris tolerantior, quam ceteri milites, lucroque minime deditus. Nam ita apud omnes beneuolentiam tibi pariter & gloriam comparabis; fierque vt promtissimos habeas ad pericula, qui te diligunt.* ὕπνον γὰρ ἄνθρωποι φιλοῦσιν αὐτομάτῳ ἀγνοίας ἐμπλῶσαι, τοῦτο

παχὺ μὲν ἐπὶ τοῦτο πείθονται, λέγοντι ἢ ἀκούσιοι εἶσιν, κινδυνεύοντι ἢ συναγωνίζονται). *Quem enim homines ſpontanea animi propenſione diligunt, illi, ſi quid imperat, facile obediunt, ſi quid dicat, credunt, ſi periclitetur, propugnatores adſunt,* ſicut *Onoſandri* verba habent *in ſtrategic. cap.* 1.

Ἰταλιώτας, μὲν πόνων ἀνέπαυσε καὶ τοῦ πολλοῦ ἐχώμωσε) Idque ex conſilio Mæcenatis, quod vide apud *Dion.* 52.

ἀντὶ τείχους τῆς Ρωμαίων ἀρχῆς) Valde illuſtris eſt hic locus de terminis & clauſtris Romani imperii ab Auguſto conſtitutis. Vide, quæ notauimus ad Taciti 1 A. 9 *annot.* 8.

p. 104. ἐκ δημοσίων ἱερῶν καὶ ἰδίων) rectius tranſpoſita copula ἐκ δ. καὶ ἱερ. τ. legit *Sylburgius.*

ὡς αὖ) paſſim copulat Herodianus. alias enim legendum quis putaret ὡς ἀναπτήσαιτο.

p. 105. ἕρυμα ἄρρηκτόν τε καὶ αὐτῶν ἀσφαλέστατον) Addenda eſt huic deſcriptioni, altera ὡμῆς Ἄλπεως *lib.* 8. cap. 1. pag. 334. vbi eadem ſententia τεῖχος Ἰταλίας *quaſi quendam Italiæ murum* vocat. *Floro* ſunt *clauſtra Italiæ* 3, 3, 6. *Æthicus Coſmographus*, Italiam *Alpium obicibus* cingi, eodem ſenſu, ſcribit. *Polybius* 3. *Hiſt.* ὅτω γὰρ ὑποπεπλώκει (Ἰταλία) τοῖς ἀσθενεστέροις ὄρεσιν, ὥστε συνθεωρεῖσθαι ἀμφοῖν, ἀκροπόλεως φαίνεσθαι ἔχειν τὰς Ἄλπεις τὸ ὅλης Ἰταλίας. *Ita ſubiacet prædictis montibus Italia, vt qui vtraque ſimul contuentur, credant Alpes intuitu totius Italiæ veluti arcis cuiusdam ſitum habere.* *Euſtathius* ad *Dionyſii Periegetæ* vers. 295. etiam nominis ſignificatum ad *clauſtra* eiuſcemodi accommodat: φασὶ γὰρ τινὲς λέξιν εἶναι τινα, καὶ τινὲς εἰς τὸ ἑλληνικὸν μεταλῆψιν, εἶναι δυνάσθαι τῇ κλειστέρᾳ. *Dicunt autem hanc vocem* (Alpium ſc.) *ſi Græce transferas, idem ſignificare, quod* κλειστέρα. i. e. *clauſura, clauſtrum.* *Clauſtra* enim Romani vocant, munitiones tranſituum, ſiue anguſtos munitosque aditus. *Suidas* ad vocabulum, Κλειστέραι· ὅτω καλοῦνται τὰ ὀχυρώματα τῶν Ἀλπείων τῇ παρόδῳ τῶν Ῥωμαίων φωνῇ. Idem qui in voce Ἄλπεια, εἰσβολὰς vocari ſcribit. Adde *Strabon.* 5. γεωγραφικῶν extremo. In gratiam *Herodiani* qui hic & infra diligenter deſcribit Alpes, iſta adieciſſe liceat. De cetero non male expleri videtur ſententia, ſi legamus, ἕρυμα ἄρρηκτόν τε καὶ δυσδιάβατον αὐτοῖς ἀσφαλέστατον.

2, 12, 107. κοινωνὸν τῆς βασιλείας ἐποιεῖτο) *Spartianus in Seuero: His compertis Iulianus SCtum fecit fieri de partiendo imperio cum Seuero. Incertum vero id an dolo fecerit, cum iam ante misissēt notos ducum interfectores quosdam, qui Seuerum occiderent.* Vide de tota illa trepidatione & confusione rerum, aduentu Seueri excitata *Spartiani Iulian. c. 5. & 7.*

p. 108. πρεσβείας τε πρὸς αὐτὸν ἐπέμψαντο ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχαῖς ὄντων καὶ τῆς ἐξακοσιοστύος τῆς βουλῆς) *Spartian. 6. Occiso Iuliano cum Seuerus in castris & tentorius, quasi per hostium veniens, adhuc maneret, centum senatores legatos ad eum senatus misit ad gratulandum rogandumque.*

2, 13, 109. ἐξελθεῖν εἰρωνικὴ σκηνῇ) Inquis: quomodo εἰρωνικὴν σκηνὴν hic locum habet, cum mox hoc ipso *capite* p. 111 Seuerus iubeat illos nudare *omni militari habitu*, & detrahi ipsis στρατωτικὰς ἐσθῆτας? Sed facilis est interpretatio. εἰρωνικὴν σκηνὴν opponitur hoc loco *armis* iustis scilicet & militaribus (nam neque ξιφιδρὰς εἰς πομπὴν κατασκευὰς excluduntur) sicut ipse Herodianus interpretatur: τὰ μὲν ὅπλα καθίλκον πάντες· αὐτοὶ δὲ ἐν μόναις ταῖς πομπικαῖς ἐσθῆσι διαφοροῦντες ἠπείγοντο. *Relictis omnibus armis* prodisse ait; & quidem ἐν μόναις πομπικαῖς ἐσθῆσι. quae *pompales vestes* rursum non omne vestimenti militaris genus, sed *totum armaturum habitum* excludunt. Itaque tamen *infra* ipsis adimuntur ξῶναι καὶ ἐσθῆτες καὶ εἴ τι σύμβολον ἔφερον στρατιωτικόν. *Dio* & *Ioannes Antiochensis*, quem *Cl. Salmasius* laudat ad Spartiani Seuer. non admodum diligenter hic versati sunt. sane nisi aliunde constaret de Seueri commento; & militum prætorianorum πομπικῇ ἐσθῆτι egressorum habitu; ex ipsorum narratione non satis respateret, facileque credi posset, cum armis egressos, iisque posteā spoliatos esse. *Spartianus 6. Cum Romam Seuerus venisset, prætorianos cum subarmalibus inermes sibi iussit occurrere, eosdem sic ad tribunal vocauit, armatis undique circumdatis.* Vbi *Casaubonus*, *subarmalia* interpretatur *sagas siue militares togas*, sic appellatas, quod sub armis fibula annecterentur, vel sub armos reiicerentur. *Cl. Salmasius ad Trebell. Pollion. Claud. subarmalem* in masculino dici osten-

dit, describitque: *subarmalis est chlamys vel byrus, qui fibula in humero connectebatur, brachioq; dextro excluso subarmum descendebat. hinc subarmalis dictus, cum subaudiatur byrus vel peplus.*

p. 111. ἀπειλῶ τε καὶ διόμνυμαι) *Sylburgius: si verbis in participia mutatis legamus* ἀπειλάς, καὶ διομνύμενος καὶ πραγδέων, *apta erit membrorum coharentia, & minor coniunctionum multitudo. Quod si praecedens verbum* ἀπειλῶ *in participium mutare malis, minor erit mutatio.* Mihi tam praesens medicina non valde arridet.

2, 14, 113. ἐκπλῆξίν τε τῷ δήμῳ ἐνέβαλε τοῖς Ῥωμαίοις) *Spartianus 6. Interim Romae ingens trepidatio militum ciuiumque, quod armatus contra eos Seuerus veniret, qui se hostem iudicassent.*

ὁ γὰρ δῆμος καὶ ἡ σύγκλητος διαφιλοφρόνητος τὴν εἴσοδον) Pompam eius ingressus describit amplius *Dio* spectator & comes, quippe senator eo tempore.

πρῶτον ἀνθρώπων καὶ βασιλέων ἀναμολύνῃ τε καὶ ἀκηρίλῃ τὸ σῶμα κατεσθωκότα) *Spartianus 5: Ita, quod nulli vnquam contigit, nutu tantum Seuerus victor est factus, armatusq; Romam contendit.*

p. 114. λόγους ἐπιφανεῖς πάνυ ἐς χρηστὸν ἐλπίδων μεστὸς ἐποιεῖτο) οἷα καὶ οἱ πρῶτοι ἀγαθοὶ αὐτοκράτορες πρὸς ἡμᾶς; *quae & prius boni Principes ad nos* (senatum intelligit) *dixerant*, ait *Dio*. idem qui hac occasione annotat, primum Seuerum postea legem se auctore factam, de non occidendis indicta caussa senatoribus, violasse. confer *Spartian. 7 & 13.*

λέγων ἥκειν ἐκδικῶν τὸν Περτίνακος φόνον) Hic praetextus multum illi fauoris iam pepererat. *Excipiebatur enim ab omnibus* (passim per prouincias) *quasi vltor Pertinacis. Spartian. 5.*

ἅσσοι ἀφιστάμενοι) vide, quae notamus *supra ad 2, 3, 73.*

p. 115. ἱκανώτατός ἐστιν) *Schotti msc. post* ἱκανώτατος *inserit coniunctionem τε: recte. vt praecedentia infinitiua referantur ad participium εἰδώς. Sylburgius.*

τοῖς τε φαλακάτοις πολλὰ διαπαίζων) Non omittendum est hoc loco, quod *Spartianus cap. 7* memorat.

Cum

Cum in ſenatu eſſet, milites per ſeditionem dena millia poposcerunt à ſenatu, exemplo eorum qui Auguſtum Octauium Romam deduxerant, tantumque acceperant. Et cum voluiſſet eos comprimere Seuerus, nec potuiſſet, tamen mitigatos, addita liberalitate, dimiſit. Addendus eſt *Dio lib.* 46. vbi, quid de exemplo Auguſti conſecutum ſit, deſignat. Cæſar enim, cum armatus, conſulatum patribus extorſiſſet, militibus poſtea pecunias diſtribuit. *Quam largitionem* (ita pergit *Dio*) *alii deinde ita interpretati ſunt, vt exiſtimarent, omnibus vrbanis exercitibus qui armati Romam veniſſent, deberi iſta dena ſeſtertia. Et propterea qui cum Seuero ad opprimendum Iulianum in vrbem venerunt, & ipſi & nobis* (Senatoribus, in quibus tum *Dio*) *maximum attulere terrorem, illa dena millia poſtulantes: donec eos Seuerus, ceteris ignorantibus, quid hi petiſſent, millenis nummis placauit.*

2, 15, 116. ἀνὴρ τὰ μὲν ἡδὺ ἢ ἐν τῷ συγκλήτῳ εὐπατριδῶν) Infra 3, 5 vocat ἐν πατρῴοις εὐγενέα. Vide *Capitolinum* (ſiue is *Spartianus* eſt) *in Clod. Albin. c.* 1. & 4.

ἔχαιρε ἔχων ἀναπόμπαλα εἰς βασιλείας ἐπιθυμίαν) Cupido dominandi per ſe facile increſcit animis: quare vbi facultas timeri poteſt, vix de voluntate dubitatur. Loquor præſertim de regum eorum ingeniis, qui ad formidinem & ſuſpiciones proni ſunt. Exempla habemus in Tiberio, Germanicum; & Alexandro Parmenionem, eo nomine ſuſpectantibus. Vide loca & cum Noſtro compara apud *Tacit.* 1 A. 7, 6. & *Curt.* 7, 2.

γνώσῃ τε τὴν πρὸς Ῥωμ.) *Stephanus: forte,* τὴν πρὸς Ῥωμ. At *Sylburgius* minus indulgens correctionibus, inquit: γνώσῃ τῇ πρὸς Ῥωμ. *ferri poteſt, ſi paſſiue capiatur, pro, nominis ſui apud Romanos nobilitate, ſeu famæ celebritate, vt Politianum quoque accepiſſe, verſio eius indicat.*

p. 117. πολλὰ δὴ κράμματα ὑμόσαντι) Supr. 2, 9, 97 deſcribebatur Seuerus, μήτε ὄρκῳ φθόνῳ, εἰ δέοι τοῦτο καταφρονῆσαι, ψευσάμενον πρὸς τὸ κερδῶες, *qui ne iureiurandi quidem religioni parceret, quotiens contemnenda ea videretur, ex vſu ſcilicet ſuo mentiens.* Nam iſte ei ſcopus & modus conſiliorum, τὸ κερδῶες & τὸ λυσιτελὲς αὐτῷ. Confer 2, 14, 115. & 3, 5, 135.

Καίσαρα δ' αὐτὸν ἀπεδείκνυε, *Capitolinus in Albino*: Et *Clodium quidem Herodianus dicit Seueri Cæsarem fuisse.* ad quæ verba *Casaubonus: respicit illa Herodiani de Clodio Albino* Καίσαρα δ' αὐτὸν ἐπιδεικνύς, &c. *neq; Dio aliter.* An meliori vsus est Dionis codice? certe in vulgatis legitur: ὁ μὲν γὰρ δὴ τὸν Καίσαρα αὐτῷ ἐκδεδωκὼς, ὁ δὲ καὶ αὐτὸς καὶ αὐτοκράτορα ἐζήτει. *Nam ille quidē* (Seuerus) *necdum Cæsaris nomen Albino dederat; Albinus autem etiam imperatoris fastigium appetebat.* Forte legendum fuerit, ὁ μὲν γὰρ δὴ ἔν. *Cæsares* hoc significatu describit *Spartianus in AEl. Ver. 2. designatos augustæ maiestatis heredes.* Insignia huius dignitatis annotauit *Capitolinus in Albino c. 2*, vbi *Commodus* in epistola, qua Albino *Cæsaris* nomen defert, *Sane*, inquit, *vt tibi insigne aliquod imperialis maiestatis accedat, habebis vtendi coccinei pallii facultatem me præsente, & ad me, & cum mecum fueris, habiturus & purpuram, sed sine auro: quia ita & proauus meus Verus, qui puer vita functus est, ab Hadriano, qui eum adoptauit, accepit.* Atque ita videtur Commodus firmare, per quandam exempli emphasin, & allusionem originis, quod *Spartianus in Vero c. 2* tradidit, *eum primum Cæsarem appellatum esse.* cuius sententiam amplectitur *Casaubonus*, indeque *Aurelium Victorem* erroris arcessit, qui *in Cæsaribus cap. 13* scribat, *Hadrianum primo nomine tali à Traiano insignitum. Victorem* tuetur *Cl. Salmasius* & Spartianum in Vero aliter interpretatur. *Iacobus Gutherius lib. 1 de officiis domus Augustæ cap. 42*, ipsum quoque Traianum iam ante à Nerua designatum *Cæsarem*, auctoritate *Dionis in Nerua*, adstruit. Pace tantorum virorum dicam, quid mihi videatur. Et primo quidem expendendum est, quid *Spartianus in Vero* tradat. Quidquid enim de *Salmasiana* loci suspecti correctione sit, nihil dubitamus, Spartianum hoc velle, *primum Verum Cæsaris nomine appellatum*, argumenta satis valida sunt, quod cum ὡς οἰμαι ἐπιτιθεὶς, *& quoniam*, inquit, de *Cæsarum nomine in* HVIVS PRÆCIPVE *Vita est aliquid disputandum, qui hoc solum nomen indeptus est*: tum præsertim, quod iam præmiserat singularis & nouæ designationis notationem, cum diceret; *Cæsarem appellatum, non testa-*

testamento, & ut antea solebat, neq; eo modo, quo TRAIANVS *est adoptatus.* Quæ si coniunctim expendas, & cum loco Capitolini conferas, non patientur latere propositum Historici. Iam videamus, quid *Aurelius Victor* scribat. cum præmisisset Traianum decessisse, *adscito prius ad Imperium Hadriano cive propinquoque*, subiungit: *Abhinc diversa nomina Cæsarum atque Augustorum, inductumq; in Remp. ut duo seu plures summæ potentiæ, dissimiles cognomento & potestate dispariſint. quanquam alii Plotinæ, Traiani coniugis fauore imperium assecutum putent, quæ viri testamento heredem regni institutum simularat.* Hæc postrema particula an concinne cohæreat cum præcedentibus, aliis iudicandum relinquam; hoc tantum adiiciam, ambigere *Victorem* de designatione Cæsaris à Traiano facta. Nisi quis malit illam annotationem de nominibus Cæs. & Aug. ad tempora Hadriani late & παχυμερῶς referre. Quod sicut ego quidem, hac retenta loci serie, non fecerim, ita nondum in animum potui inducere, *ut Victoris* libellos vel satis emendate editos, vel abunde diligenter compositos crederem. Si *Gutherij* argumentum sequendum esset, qui ex *Nerua Dionis* autumat, Traianum *Cæsarem* primo creatum esse, possem eadem ratione dicere, iam sub Galba cœpisse *Cæsaris* dignitatem, quia *Dio* his ipsis verbis vtitur de adoptione Pisonis. *Galba*, inquit, *audito tumultu L. Pisonem, iuuenem nobilem, moderatum, prudentem adoptauit, καὶ Καίσαρα ἀπέδειξεν, & Cæsarem designauit.* Vnde apparet, *Historicos verba sua temporis ad priorum temporum descriptionem, quando de eodem aut simili negotio sermo est, accommodare.* Huc adde, *quod Cæsaris appellatio sæpe familiæ potius communionem, quam totam loci secundi formulam notat,* Nam *illam* (vt hoc tertio loco adiiciamus) *per insignia quædam primum in Vero adhibuisse Hadrianus videtur.* sicut *epistola Commodi supra producta* haud obscure innuit. Vide, quæ notauimus *ad Tac. 1 A. 3, annot. 4.* De ipso *Seueri sophismate*, quo Albinum imagine potestatis delusit & paulo post subuertit, alibi agitur. Nam hasce notas contrahere, non extendere, est animus.

ἐφ' ἕτερος) *Sylburgius: legere quæ. etiam* ἐφ' ἕτι

neque amplius. Mox pag. seq. διαπαῖς, *tempore præterito aptius est.*

p. 118. ἕς αὐτὸς οἶδα) *Res 70 annorum partim sibi visa audiitaque partim experiendo cognitas*, sicut ipse interpretatur 1, 215. Sed *lib.* 5. *c.* 1. ἐξηκοντάετιν legebatur. Rectius, inquit *Sylburgius: nam fasti etiam ab vltimo anno Marci ad primum Gordiani iunioris, sexaginta solum annos numerant. nisi forte Onius adhuc decennii scribere historiam auctor voluerit.* Ceterum, parem fidem diligentiamque pari consilio instrumentoque, quanquam impari doctrina & arte, suscepit inter sequioris ævi scriptores *Georgius Phrantza Protoestiarius*: qui licet alias annorum 218 periodum complectatur, tamen 70 circiter annis, quibus ipse vixerit (octogenarius enim accessit ad scribendam historiam) peculiarem fidem pollicetur *lib.* 1 *cap.* 21. *A decimo*, inquit, *anno post nongentesimum, vsque ad octogesimum sextum: quæ ex multis præcipua evenerunt, & memoria digna videbuntur perscribam. Ceterum quæ propter immaturam adhuc ætatem meam probe & explorate per omnia mihi cognita non sunt: quæque ante me natum contigerunt partim a fide dignis & eruditis auctoribus sumsimus; partim a proceribus aulæ imperatoriæ & consiliariis, & sapientibus ac prudentibus & senibus audiuimus, quæ silentio prætereunda non putauimus.* Atque vtinam omnia ista haberemus. malo enim profecto exemplo *Iacobus Pontanus* pro integro mutilatum nobis dedit; talesque mutilationis caussas attulit, quæ minime satisfaciant perito lectori, hiatusque & defectus, itemque eorum momenta diligentius consideranti. Quid fieret denique operibus historicis, ipsaque rerum memoria, si licentiæ huius exempla propagarentur? Quid? an publica monumenta (talia enim censeri non vnas ob caussas debent historiæ priorum temporum) priuati hominis arbitrio reformari, aut detruncari fas & iura sinunt? Iudicent, qui iudicio valent. nobis enim, quibus obiter querela ista, non iniusta tamen, vt arbitror, excidit, in viam redeundum est.

IN

IN LIB. III.

3, 1, 120. τῷ μὴ ἔχειν μισθοφόρους καὶ συνεχὲς στρατιωτικόν) Locus huic planè συγγενὴς habetur infra 6, 5, 267 : ὁ γὰρ δὴ μισθοφόροις χρῶνται στρατιώταις οἱ βάρβαροι, ὥσπερ Ῥωμαῖοι, οὐδὲ στρατόπεδα ἔχουσι σωτηρίως καὶ μόνιμα, πολέμου τέχναις ἐκγεγυμνασμένα. *Neque enim mercenariis militibus, vt Romani, sic barbari vtuntur, neque castra habent statiua, bellique artibus insuefacta.* Est autem itidem de Parthis sermo. Explicantur hæc loca diuersimode. *Quidam* hoc dici autumant, quasi Parthi nunquam peregrino milite vtantur. *Alij* de mercede & stipendiis interpretantur; Parthos non dare stipendia, more Romanorum; sed id cuique stipendii loco esse, quod è præda acquisierit. Mihi *Herodianus* nihil aliud videtur dicere, quam, *non habere Parthos exercitum ordinarium, qui semper in armis sit & ad subita bellorum excubet, sicut in Romano imperio instituerat Augustus*, qua de re Noster supra 2, 11, 103. De *mercede*, aut *peregrino milite* seorsum non videtur cogitasse hoc loco Historicus. Nam μισθοφόροι, *ordinarium illum & semper in armis versantem militem notant, siue peregrinus sit, siue domesticus.* Vide omnino *Dionem* 52 p. 552 & *seq.* Vbi *stipendium* subintelligitur sane, sed hic non primario attenditur. quippe peritia castrensis perpetuo exercitio comparata, cum fortuito illo milite, nec castrorum disciplinam nec vsum militiæ edocto, confertur. Legenda sunt etiam, quæ *infra* 6, 5, verbis iam productis continuantur. Vbi sane annotatur, *non referre alia bellorum præmia Parthos, quam spolia & prædam ex hostibus.* sed nimirum in oppositione ad ordinarium illum perpetui stipendii militem, & de domesticis omnia dicuntur. Nam si peregrino milite vsi essent (quod apud Parthos & eiusmodi populos sua multitudine fretos nec semper nec sæpe olim fiebat) vtique stipendio conduxissent. posset que hic vsurpari, quod *Charidemus* apud *Curtium* Dario ingerit; *Argentum atque aurum ad conducendum militem mitte.* Herodiani ergo consilium est, notare *defectum quendam aut errorem imperii Parthici*; quod nimirum tantum imperium destitueretur *ordi-*

narijs militibus: quos omnibus Regibus Regnisque commendat *Lipsius 4 polit. 7. & 5 polit. 11.*

ἀσθενῆ ἐχυρὸν νομίζων) Vide quæ supra notantur ad 2, 11, 105.

p. 121. Βυζάντιον πόλιν τὴν ἐπὶ Θράκης μεγάλην) Describitur hic Byzantium paulo diligentius, itaque nec nos absimus facturi, si historiæ vberioris fontes indicemus. Addendum autem est ante omnia, quod ipse *Herodianus infra* 3, 6, 139 de Byzantio amplius tradit, quomodo sc. Seuerus eam vrbem in vici formam redegerit, Perinthiisque in seruitutem adiudicauerit. Vtriusque rei latior illustratio i. e. tam eorum, quæ ad descriptionem vrbis Byzantinæ spectant, quam huius calamitatis, & seruitutis, peti potest ex *Codini origin. Constantinop.* (vbi *annotata* etiam consulenda) *Dion. in Seuero, Zonara tom.* 3. p. 7 & 8. *Strabone* 7. *Eustathio ad Dionys. Perieg.* 2. 804. *Polybio*, 4. *Suida in Voc. Byzant. & Seuer. Stephano Grammatico Voc. Byzant. Tac.* 12 A 62 & 63. *Philostorgio* 2, 9. (vbi notæ *Gothofredianæ*) *Zonara ad Concil. Constantinopol. Canon.* 3. p. 70 & 71. *Theodoro Balsamone ad eiusd. concil. can. eundem. Nicephoro Gregora lib. 5. c. 1. Georgio Logotheta Chron. Conſt. pr.* Adde etiam *Dionysii Petauii notas ad epist. Iuliani 5. p. 326.*

πελῶν τε τῆς ἁλέσεως) De vectigali Byzantino vide *H. Grot. 2. de iur. b. & p.* 3. 14, *cum annotatis nouissimæ editionis.*

αἱ ποικιλόμυλιτε λίθε) *Politianus* legisse videtur, μιλήτε. Sed *Sylburgius* ita annotat: *Suidas in* Βυζάντιον, *dativo casu habet* μυλίτῃ λιθῳ. *è qua citatione hoc etiam cognoscitur, vulgatam scripturam probam esse, nec cum Politiano intelligendum lapidem Milesium, sed cum Brodæo lapidem molarem.*

καὶ τὰν ὀχλὼ τὸ ὕστερον) Aptius ἀκριβῶ vel ἰσχυρῶ legisse *Politianum*, existimat *Sylburgius.*

3, 2, 122. Φασὶ δέ πως καὶ θαθέτερα τὰ τῦ Νίγρε τῶν Αἰμιλιανῶν) An dissentiat scriptorum, an vero iracundiæ Seueri etiam proditione illa opportuna placari nesciæ tribuimus, quod tradit *Spartianus in Seuero* 8: *Promisit sane Nigro tutum exilium, si vellet; Æmiliano autem non ignouit.*

Cete-

Ceterum prælia Seuerianorum cum Nigrianis per ſeriem annotauit *Dio.*

p. 123. ἔθος ἦν τὸ Κομμόδῳ κατέχειν τὰς παῖδας τῶν εἰς τὰ ἔθνη πεμπ.) Mos vere regius, & è præſentioris poteſtatis conſilijs ſubnatus. cuius veſtigia etiam habemus apud *Curtium* 7, 2: vbi Alexander, cum Polydamanta ad interficiendum Parmenionem mitteret, fratres eius vt obſides fidei, aſſeruat. *Obſides*, inquit, *dum hoc peragit, erunt fratres tui.*

p. 125. ἀρχαῖον γὰρ παῖσι τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶν) *Iuſtinus* 8, 1, 1: *Græciæ ciuitates dum imperare ſingulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt: quippe in mutuum exitium ſine modo ruentes, omnibus perire, quod ſingulæ amitterent, non niſi appreſſa ſenſerunt.* & quæ ſequuntur. compara *Tac.* 6, 42, 2.

καὶ παρ' ἀλλήλοις συντ.) *rectius fortaſſe* παρ' ἀλλήλων *Sylburgius.*

3, 3, 127. ἐστασίασαν ἢ. ὥστε ἀλλήλους πᾶ ἀυτῷ ζῆλω) vide *ſupr. cap. præced. p.* 125. ἀλλήλους *excuſari poteſt metonymica ſynthesi. alioqui ſtructura lex poſtulat* ἀλλήλας inquit *Sylburgius.*

p. 128. τῷ τε φύσεως νικ.) *pro* τε *aptius legemus* γε, *vel hoc comma præcedenti præponemus.*

3, 4, 130. ἐκεῖ φασὶ τὴ Δαρεῖον Ἀλεξάνδρῳ τῷ ὑστάτῳ τῷ μεγίστῳ μάχῃ συμβ.) Non vitima iſta pugna fuit apud Iſſum, qua Darius debellatus eſt: illa enim apud Arbela ſiue Gaugamela accidit. *Arrianus* diſerte *hiſtoriæ ſextæ*: ἐπεὶ τὴ τῶν παλαιῶν μάχῃ τῶν περὶ Δαρεῖον ἡνιοχήθη, καθ' ἣν ἔφυγε Δαρεῖος, ὑπὸ τῶν ἑταίρων ἐλήφθη τὰ φυγῆς, περὶ ξυλλη φθῆναι τὸν ἅμφι Βῆσσον, ὃς τότε ἐπεστάτει Ἀλεξάνδρῳ ἀποθανεῖν, ὥστε Ἀρβήλοις ἡγεμόνα ὁ πᾶς λόγος κατέχει· καθάπερ ἔν τῇ τῶν περσῶν ἱστορίᾳ, τῇ τῶν περσῶν τῇ ἐπομαχίαν ὥστε Γραικῶν. ἀλλὰ περὶ γραικῶν μὲν ἐξωτέρω μάχης ἐπικτήσατο, τῇ περὶ ἱστορίαν αὐθις περὶ Δαρεῖον μάχη δὲ βλαβεῖσα ἢ τῷ χάρᾳ σὺν ᾧ τῶν ἐχάτην μάχῃ Δαρεῖος τε καὶ Ἀλέξανδρος ἐμαχέσαντο, οἱ μὲν τὰ πλεῖστα ξυγγράψαντες, λέγουσιν ὅτι ἐξακοσίας στάδιας ἀπέχει καὶ τὰ ἑξῆς. *Equidem vltimum illud cum Dario prelium (poſt quod Darius fugit, neque fugiendi finem fecit, donec a Beſſo & ſociis eſſet comprehenſus & Alexandro aduentante ſuis ipſius nutu occiſus) apud Arbelos commiſſum eſſe, communi-*

ter

ter fertur. sicut & illud: qua hanc præcessit pugna, ad Issum; & primum equestre prælium, apud Granicum amnem contigisse. Et de Granico quidem res certa est; ibi enim equestre prælium accidit; sed & altera pugna cum Dario apud Issum reuera facta est. Arbela vero, ab eo loco, vbi vltimum certamen Alexander & Darius certarunt, illi quidem, qui plurimum tradidere, sexcentis stadiis abesse; qui minus, quingentis scripserunt. postea nominat locum, *Gaugamela.* Adde locum τῶν Ἑλλήνων *ex lib.* 3. vbi rursus *pugna Issica*, in qua mater Darii, coniux, liberi capti, Phœniciaque & Ægyptus ei ademptæ sunt, ab vltimo apud Arbela prælio distinguitur. Videas licet etiam *Radero & Freinshemio* notata ad *Curt.* 3, 8, 27. 3, 11, 27. 4, 9, 8. *Dio*, *Cilicias Pylas* nominat, in descriptione loci, quæ omnia planum faciunt, cum quo Alexandri prælio hoc conferendum sit.

ἀπιθανώτατα τὰ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, καὶ ὅτι τὰς ἀναβολικὰς νενικηκότων) Ex tali obseruatione spem sibi figurat apud *Lacedæmonium Chalcocondylam lib.* 2 *fine* Paiazetes aduersus Temirem, ἀπό τε τῶν παλαιῶν συμβαλόμενος, ὡς ὀλίγοι ποτὲ, τά γε ἀξιόμαχοι, οἱ τὰ ἀσίας βασιλεῖς, οὐ τοῖς παροῦσι χρόνοις περιγενόμενοι πώποτε, ἀλλὰ καὶ ὀρμηθέντες ἀπὸ τῶν ἀσίας, πρὸς τὰ βασιλεῖα ἀφικόμενοι τὰς τῆς ἀσίας ἡγεμονίας: *antiqua repetens & exinde futura colligens; nunquam scilicet ad id tempus victam esse ab Asiaticis regibus Europam; quin potius ex Europa in Asiam progressos, Principatibus Asiæ regnisque potiasse.*

p. 131. τὰ γλαύμφα θέατ.) *rectius* γιγόμφα, vel γομφόμφα: *Sylburgius.*

p. 132. τὰς μὲν φίλας αὐτῷ, καὶ εἶπεν ὃ μόνον οὐκ ἀπολείπεσθαι, ἀλλὰ ἡδέως) Quæ meritò distingui debebant. Vide *Dionem*, vbi *Clenæ* Senatoris apologia, conferenda cum oratione *Terentii* equitis apud *Tacitum* 6 A. 8 & *Amyntæ* apud *Curtium* 7, 1.

• ἤγαγε) *aptius*, ἐπανήγαγε. *Sylburgius.*

ὅσῳ τε μάλιστα αὖθις ἐχθρὸς μαχιμώτερος ὕστερον γενέσθαι τοῖς ὑπ' ἐκείνοις βαρβάροις) Deplorat similem euentum circa opes Turcorum auctas *Camerarius op. subsec. cent.* 1. *c.* 8. ἐπ' ἐκείνοις vel ἐπέκεινα conuenientius putaret *Sylburgius* & *Schottus*, vt sit, *vlteriorum barbarorum* i. e. transtigritanorum.

norum. Mox μόναις abest ab Ald. & Basil. non male: vt putat *Sylburgius*.

3, 5, 134. τῶν ἐναντίων τὰ βασιλικὰ χράμματα ἀφαιρεμίζειν) Addenda est historia interfecti simili commento Vitaliani, è *lib.* 7, 6. seorsum ad hos tabellarios & has litteras spectant illa: οἷς ἔδωκε κρύβδην σημαινόμενα χράμματα ἐν πυξίοις πίναξι, δι' ὧν τὰ ἀπόρρητα ἐκ κρυπτῶν ἀναγράμματα τοῖς βασιλεῦσι ἐπιστέλλει). Si quidem *Politiani* interpretationem recipimus. Insidias in Albinum, amplius vide apud *Capitolin.* φυλάττειν ἄνδρα ἀπατεῶνα) Conferenda sunt, quæ supra habuimus 2, 14, 114 & 115.

3, 6, 136. ἔστι μόλις πως ἐν ἀδελφοῖς γνησίοις μισαδέλφους) Si quidem *difficilius est partiri imperium, quam deponere*, vt *Plinianæ* sententia habet, *Paneg.* 8.

p. 137. τὰ μὲν ἀμύνεσθαι φασὶν ἀδικήμασι) rectius coniuncte φασὶν ἀδικήμασι, insuper iniuria lacessitum; vel potius φασὶν ἀδικήμασι *si prior illata iniuria pronoceris. Schottus quoque* vel *compositè*, φασὶν ἀδικήμασι *legendum censet*, vel ἀμύνεσθαι πάσας ἀδικήμασι. *Sylburgius.*

p. 139. πᾶσα τε ἡ πόλις κατεσκάφη) Quæ hic de casu Byzantii vrbis dicuntur, plerique eorum memorant, quos supra adduximus ad 3, 1, 121. Correxit tamen postea suam hanc iracundiam Seuerus multa magnaque ei ga Byzantinos munificentia. ἔθος γὰρ τὸ ζεῦξιππον λεγόμενον ἔκλυσεν ἐν Βυζαντίῳ, καὶ τὸ φανὸν κόσμημα τῷ ἱπποδρόμῳ παρέδωκεν. *Nam hic Balneum, quod Zeuxippum appellabant, Byzantii extruxit, & Hippodromum primus operibus exornauit.* sicut præter *Codinum* alios que *Theodorus Metochita hist. Rom.* p. 94 annotauit.

φαντασίας καὶ ἀνδρείας τὸ ἐνδόσιμον τοῖς θαλάττοις ἔργοις δίδως) Adde similem locum supra 2, 11, 162 & seq. Exempla maximorum virorum notiora sunt, quam vt hic conduci debeant.

2, 7, 141. ὡς ἔνιοι τῶν ἔτι ἱστορούσι, ἐπὶ φόβῳ χάριν) Vide præsertim *Dionem*, qui & ipse tali cautione vtitur in exitu Albini memorando: λέγω γὰρ ἃ ἔχουσι· ὁ Σεβῆρος ἔγραψεν. ἀλλ' ὅσα ἀληθῶς ἐγένετο. *Non enim refero, quæ Seuerus scripsit, sed rem sicut vere gesta est, exsequor.* Tali dilectu veluti sale condienda est pragmatica historia.

ὡς

ὡς φυγεῖν τε αὐτὸν) *Spartianus in Seuero* 11: *Multis interim varie in Gallia gestis, primo apud Trinurtium contra Albinum felicissime pugnauit Seuerus, cum quidem ingens periculum equi casu adiit, ita vt mortuus ictu plumbeæ crederetur, ita vt alius iam pæne imperator ab exercitu legeretur.*

p. 142. τὸν δὲ Λαῖτον μόνον, ὡς εἰκὸς, μυηστικαιήσεις διεχρ.) Et quidem, vt negaret postea, suo iussu interfectum. *Spartianus Sev.* 15: *denique cum occisi essent nonnulli; Seuerus se excusabat: & post eorum mortem negabat fieri se iussisse, quod factum est: quod de Læto præcipue Marius Maximus dicit.* Quo de more Principum diximus aliquid ad *Tacit.* 1 A. 6. annot. 3 & 7. Excusat istam cædem Læti Herodianus: nisi tamen illud, ὡς εἰκὸς, ad confirmationem potius caussæ siue propositi Seueriani, quam ad approbationem referamus. Interpretatio esset: *solum Lætum, haud dubie memor proditionis & iniuriæ occidit.* Quanquam si de Læti voluntate constitit, nihil caussæ est, quin merito interfectus credatur *Herodiano.*

p. 143. ὡς μηδὲν τῶν Σεβήρου μάχων ἢ νίκων ἀποβάλλειν) Hic est campus Politicorum, comparandis cum Seuero Iuliis, Augustis, Mariis. Neque desunt sane rationes validæ, per quas Iulii & Augusti gesta præferri Seuerianis mereantur. An enim Nigrum, Albinum, Iulianum præferemus Brutis, Cassiis, Pompeiis, Antoniis, quorum maximas opes Augustus debilitauit? Sed *Herodianus* τρεῖς βασιλέας, *tres imperatores* à Seuero oppressos præcipue miratur, & in eo præcipuum præcellentiæ talis momentum constituit. Nam cetera, *de copiarum & pugnarum numero, de nationum motu, de itineribus*, multum disceptationis admittent, si quis accuratæ comparationis examen ingrediatur. quod hac vice nostri non est instituti. Mox ἕνα δ' ἄνδρα, *periodus membrorum transpositione perturbata videtur, & tali quodam modo restituenda:* ἕνα δ' ἄνδρα, τὸν τὰ ἐν Ῥώμῃ πράξαντα σοφίᾳ ἀξιωθέντα, καὶ τρεῖς βασιλέας ἤδη κρατήσαντα, καθηρηκέναι, τὸν μὲν, ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐλῇ ὄντα· τὸν δ', τῶν ἐν τῇ ἀναβολῇ κρατούντα πάλαι, & τὰ τῶν Ῥωμαίων βασιλέα κληθέντα· τὸ δ' & *quæ sequuntur. is enim membrorum ordo, &*

aptam

aptam structuræ habet coherentiam, & cum ipsa historia congruit. Itaque Latini quoque textus membra sic disponenda & interpretanda erunt: sed qui Cnus Cir Romanum exercitum calliditate circumuenerit; iresque Imperatores iam rerum potentes conuulserit, Cnum quidem Palatium iam tenentem; alterum, iamdudum oriente potitum, Imperatoremque à Romanis appellatum; tertium, &c. Sylburgius.

3, 8, 144. κεφαλὴν τῆ Αλβίνε δημοσίᾳ σαυρωθῆναι κελεύει) *Aliquando ἀνασκολοπίζειν dicitur non de hominis cruci supplicio, sed de cadauere aut capite hominis vel decollati, vel alio supplicio extincti, quod ignominiæ caussa palo affixum in propatulo collocatur.* Sunt hæc *Casaubon.* verba *in exercitat. ad annal. Baron.* 16, 77 vbi hic ipse *Herodiani* locus, cum aliis plurib. adducitur. Habemus etiam in *Suetonii Cæsare* exemplum (cap. 74) vbi Cæsar *piratas iugulari prius iussit, deinde suffigi.* addenda est rursum nota *Casauboniana.*

p. 145. πάνυ τε τῆς Αλβίνε φίλους φονεύσας) De illa Seueri in amicos Albini crudelitate toto hoc capite descripta videndi *Capitolinus in Albino* 12, & *Spartianus in Seuero* 12 & 13 itemque *Dio.*

p. 146. καὶ ᾗ δὲ τὸ σιτηρέσιον) Tria potissimum indulta militibus à Seuero, annotat Historicus. Nos, ne prolixi simus, ad alios lectorem remittemus. Ac de *frumento* quidem videatur *Contarenus de frument. largit. p.* 53: *de annulis Lipsi. mil. Rom.* 2. 9 & *Kirchman. de anul. c.* 15: *de mulieribus* rursus *Lipsi. 5. mil. Rom.* 18.

καὶ τοὺς τε ὑπηκόους) Non immerito tam diligenter obseruat *Herodianus* tempora & interualla laxatæ corruptæque disciplinæ: quia arma, vbi à recto tenore paulatim desciuere, ad extremum oppressere rempublicam, vt ex verbis & quasi vaticinio *Val. Max.* 2, 7 hoc dicam; qui pro vnico *stabilimento imperii* rectissime agnoscit disciplinam. Adde *supra* 2, 6, 85 & 86.

ὧν μὴ ἐπιφυλακῇ σεσημειῶν) *Capitolinus in Albino* 12: *Denique cum apud Lugdunum Albinum interfecisset, statim litteras inquiri iussit, ita vt inuenirent, vel ad quos*

ipse

ipse scripsisset, vel qui ad eum rescripsissent, omnesque illos; quorum epistolas reperit, hostes iudicari a Senatu fecit. Quanto mitius & rectius Octauius Cæsar, post victum Sex. Pompeium; γραμματεῖα ὅσα τ' ἐκείνου σύμβολα ἔκαυε, *litteras belli tempore vltro citroq; missas exussit*; memorante *Appiano* ἐμφυλ. p. 746. Cuius moderationis scilicet e exemplū à patre Iulio didicerat; de quo *Dio sine* 41: ἀμελὴς δὲ τὰ γράμματα ἀπέθετο τὰ ἐν τοῖς Πομπηΐου κιβωτίοις εὑρεθέντα, ὅσα τινῶν τήν τε πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν καὶ τὴν πρὸς ἑαυτὸν δύσνοιαν ἤλεγχεν· ὅτ' ἀνέγνω, ὅτ' ἐξεχάραξε. ἀλλ' ἐνθὺς κατέφλεξεν, ὅπως μηδὲν ἀπ' αὐτῶν δεινὸν ἀναληφθῇ δεήσαν. *Quippe & secretas in Pompeii scrinijs litteras repertas, ex quibus aliorum vel erga Pompeium studium vel erga se odium deprehendere potuisset, neque legit, neque descripsit; sed statim cremauit; ne propterea quidquam in quenquam consulere durius cogeretur.*

p. 147. πάντας τοὺς ἐξέχ.) *si copulatiua* τε *ex seq.* (πλέτω τε *translata post* πάντας *hic collocetur, apta erit membrorum coherentia.* πάντας *autem latius extendi videtur etiam ad exteros senatores. & senatum iis temporibus non Europæis duntaxat, sed etiam Asianis partibus constitisse, docet infra Seueri filiorum de imperij diuisione consultatio.* Sylburgius.

τοὐδ' ἀληθὲς, ὑπερβαλόντας ἐν αὐτῷ φιλοχρημοσύνας) Auaritiæ caussa multos sub specie vltionis interfectos, ait. *Dionis* ergo assertio non est prorsus audienda, qui *sub finem Seueri sui* scribit: χρημάτων ἐξ ἁπάντων τρόπῳ, πλὴν καθ' ὅτι ἑνὸς τούτων χάριν ἀπέκτεινε. *pecuniam omnibus modis colligebat, nisi quod neminem diuitiarum caussa occidit.*

ὡς γὰρ καρτερίᾳ ψυχῆς ἐν ἀνεξικακίᾳ πόνων) Vide *supra* 2, 11, 102. 2, 14, 113. 3, 6, 139.

τῷ μέντοι δήμῳ ἐπιεικῆ ποιεῖν πεχαρισμένα) Simulata hæc popularitas, cum artibus & consilijs tyrannicis coniuncta est: dum iniurias aliis factas beneficijs in alios redimere conantur. Lusit hunc ludum Tiberius ille, si quisquam; qui populo vt cani latranti, offam obiiciebat quoties rumores aut inuidiam suæ crudelitatis velare satageret. Nemo veterum grauius de illa fraude locutus est; *Plinio Pane-*

Panegyrista cap. 28. Lege & pondera. Quid enim exscribam illum Auctorem, qui in omnium manibus esse debet?

p. 148. ἀγωνίας ἢ αὖθις ἐπάλξεις, ἀκόντες τρισῶν γενεῶν ἄνδρ.) De *Ludis saecularibus* diligenter exposuit *Zosimus lib. 2. principio, & Censorinus de die natali c.* 17. Ceteros annotauit & explicauit doctissimus *Onuphrius Panuinius libro de ludis saecularibus singulari.* Quid apud Nostrum per τρεῖς γενεὰς intelligendum sit, varie disputant. Ille ipse *Onuphrius*, ætatem siue ἥλικιαν *Herodiani* ex Herodoto interpretatur XXXIII annos & IV menses. ita euaderent illi CX anni quos ex commentariis XV virorum astruit, itemque *ex Horatij carmine saeculari*, vbi *Vndenos decies per annos* legitur. quanquam iam olim *Ludouicus Viues* ad *Augustin. de ciu. Dei* 3, 18 monuit legendum, *Vt denos decies per annos*; quæ correctio etiam *D. Heinsio in editione Horatiana* placuit. Existimo, etiamsi certum fuisset quod de CX annis traditur, tamen multos scriptores passim rotundo numero centenario vti maluisse: atque hinc diuersitas illa. De *Herodiano* ne dubito quidem, præterpropter eum centenariam periodum notare voluisse. Vocem quippe ἥλικιαν non notare definitum unmero tempus, vel ex *Censorino* animaduerti potest: qui ἥλικιαν *ab Heraclito & Zenone tempus triginta annorum*, ab aliis XXV *annorum* vocari scribit. vbi notas *Henrici Lindenbrogij* vide. τρεῖς ergo γενεαὶ, sæculum i. e. centum circiter annos notant, sicut collatis cum *Herodiano Herodoti lib.* 2. *Clem. Alexandrini* locis probari potest. Qui accurate numerare volunt, nunquam expedient se ex hac voce. Adi, si tanti est, *not. Velleianas ad* 1, 2, 1.

3, 9, 148. τὰς πρώτας αὖθις ἡγεμονίας τε βασιλείας καὶ αὐτοκρατορίας ἀποδείξας) *Spartianus in Seuer.* 16. postea demum ad participatum imperii admissum alterum è filiis memorat; nempe postquã Seuerus emeruisset nomen Parthici, *ob hoc etiam filium eius Bassianum Antoninum, qui Cæsar appellatus iam fuerat, annum XIII agentem, participem imperii dixerunt milites. Getam quoq; minorem filiũ Cæsarem dixerunt: eundem Antoninum, vt plerique in litteras tradunt, appellantes.* Ad quæ verba *Casaubonus* annotat: *factum*

hoc esse quinto, vel, vt alii sexto imperii Seueri anno? ab eo tempore duos numerari cœpisse Augustos, Seuerum patrem & Antoninum filium; deinde accessisse tertium, minorem filium Getam: quem multo ante Cæsarem appellatum, Augustum nuncuparit Seuerus; octauum annum imperans, vel ad summum nonum. Atque hæc, inquit, *illa est imperii* triplex virtus; *hi illi tot Augusti quos laudat Tertullianus in florida de Pallio. nimis enim errant, qui aliter illum locum interpretantur: Nobis nullum vnquam fuit dubium, quin ille liber à Tertulliano fuerit scriptus multo post confecta ciuilia bella, Seuero & duobus filiis imperantibus.* Apparebit ex sequentibus, cur integram *Casauboni* notam adscripserimus. *Iacobus* enim *Gutherius* in erudito de offic. dom. Aug. commentario lib. 1 cap. 42 negat, *Getam vsquam Augustum & imperii consortem factum, nisi post mortem Seueri.* idque ex fastis consularibus & veteribus nummis adstruit. adeoque verba *Tertulliani de pall. cap.* 23 *& triplex imperii virtus, Deo tot Augustis in vnū fauente*, non de Seuero, Bassiano, & Geta, sed de Seuero ita accipit, *quod Albinum, Nigrum & Iulianum superauerit. Vere*, inquit, *triplici virtuti Seueri tribuitur, qui tres imperium asserentes, sua virtute profligauit, tot Augustis in vnum fauente Deo, quod est, Dei benignitate tot deuictis Augustis, in vnum Seuerum potestate imperii redacta.* firmat dicta auctoritate *Herodiani*, qui itidem eo nomine Seuerum admiratur, ἕνα ἄνδρα τρεῖς καθελόντα βασιλέας, ἤδη κρείττονας: sicut *supra cap. 7. huius libri* legimus. Verbo dicam, totus orationis genius repugnat huic explicationi: quæ nimis περιέργως quærit sensum in verbis, quem non inuenit. Quis *triplicem imperii virtutem* Latine diceret, quia vnus tres deuicit: Phrasis ipsa in contrarium nititur, neque nisi obtorto collo huc conuerti potest. Iam quid est, *Deus fauet tot Augustis in unum*? An vllus artifex poterit exsculpere, *tot Augustorum vim in vnum transfert*? quomodo ergo illis fauet Deus, si vni dat, quod illis ademit? nonne res & locutio tota reluctantur. Quod ad Herodianum attinet, locus hic est consideratu dignissimus. Phrasis clara est, καινὰς τὰς βασιλείας καὶ αὐτοκράτορας ἀπ-

δεικνύ-

δεικνύναι. interim si proprie capiamus, nec cum tempore nec cum ceteris scriptoribus conuenier. *Spartianus cap.* 14. de hoc tempore, quo Seuerus ante bellum Parthicum in vrbe moratus est, hoc tantum refert: *quod Cæsarem Bassianum filium, Antoninum à Senatu appellari iussit; decretis Imperatoriis insignibus* de quibus supra dictum est, itemque, *quod Getæ minori filio togam virilem dederit*; & mox; *quod filios consules designauerit.* Quæ haud dubie illuc spectant omnia, vt filios ad rudimenta & auspicia imperii proferret. Et si quis laxius capere *Herodiani* locum vellet, res confecta esset. Certe de proposito hoc studioque Seueri iam antea *cap.* 5 huius libri prædixerat, quod voluerit nimirum πᾶσαν τὴν δεχλὼ Ῥωμαίων εἰς ἑαυτὸν ἐκ τῆς παιδιᾶς μεταγαγεῖν καὶ βεβαιῶσαι.

ὡς φασὶ ποιεῖσθαι τὸν Βασσιανὸν Νίγρου πρὸς Φιλίππους) *Spartianus Seuer.* 15: *Erat sane in sermone vulgari, Parthicum bellum affectare Septimium Seuerum, gloriæ cupiditate, non aliqua necessitate ductum.* Prætextum tamen quærit, quem Herodianus indicat; frequentem sane & opportunum belligerandi cupidis.

p. 149. ὁ Ὀσροηνῶν βασιλεὺς Ἄβγαρος) *Spartianus* 18: *Persarum regem Abgarum subegit. Victor in Cæsarib.* 21 *auxit imperium, subacto Persarum rege, nomine Agarro.* Duplex vitium, in nomine *Agarri* scilicet, & quod *Persarum regem*, vocat, quod ad *Spartianum* iam *Casaubono* notatum. *Henricus Valesius in not. ad excerpt. Peiresc. p.* 101. ostendit: Ἄγβαρος siue Ἄββαρος legendum esse. Ceterum quomodo se is *Agbarus* postea gesserit, quoque fato functus sit; vide *in excerpt. Peiresc. p.* 746. *& in not. Vales. p.* 109.

Ἀδιαβηνῶν χώραν) *Spartianus* 18: *Adiabenos in tributarios coegit. Arabes in ditionem accepit. Victor: neque minus Arabes, simul vt adortus est, in ditionem redegit, prouinciæ modo. Adiabena quoque, ni terrarum macies despectaretur, in tributarios concessisset: Ob hæc tanta Arabicum, Adiabenicum & Parthici cognomento Patres dixere.* Quantum ad verba, *Sylburgius* ita annotat: *rectius forte,* τὴν τῶν πολεμίων μίσην, τὴν τε Ἀδιαβηνῶν χώραν: aut

saltem, τὴν τῶν πολεμίων μέσην γῆν, καὶ τὴν Ad. χώραν. periphrasi autem illa significatur ἡ μεσοπολεμία.

πλήθη ἀνδρῶν τε τοξοτῶν ἀκμάζουσι) *Sylburgius: Pol. transposita copula legit,* πλήθη τε ἀνδρ. τοξ. *sed fortasse auctor scripsit,* πλήθη τε τῶν ἐπιτηδείων καὶ ἀνδ. τοξ. ἀκμάζ. *Vt non tantum sagittariorum sed etiam annonæ copia floruisse Atra significarit.*

φέρει γὰρ πόας ἐλώδεις) Hæc enim *odorum fertilitate nobilis regio*, vt loquitur *Curtius* 5, 1, 11. Res è *Geographis* obuiæ peruulgatæque notitiæ.

Τὰς Ἄτρας ἐπολιόρκει) *Dio* inprimis diligenter describit huius obsidionis seriem casusque.

p. 150. σκέψει τε πληξάντες πλίωων) Eiusmodi genere strategematis Annibal Eumenem vicit; memorante *Iustino* 32, 4, 6 & 7. & *Nepote* 23, 10 & 11. itemque *Frontino* 4, 7, 11.

p. 151. νικᾶν γὰρ πάντως ἐν ταῖς μάχαις εἰθισμένῳ) *Aurelius Victor in Cæsarib*, 20: *Nullo congressu nisi Victor discessit.* Rara laus, quam Hannibali etiam tribuit *Nepos* 23, 1, 2: *quotiescunque cum pop. R. congressus est in Italia, semper discessit superior.* & *cap.* 3, 3: *quacunque iter fecit, cum omnibus incolis conflixit; neminem nisi victum, dimisit.*

p. 152. τῇ παρθυαίων νίκῃ κεκόσμηται) Vide *Spartianum Seuer.* 16. qui tamen confundere videtur, ea quæ in Atrenis acciderunt, cum iis quæ apud Parthos gesta sunt.

ἐκ τε περιξέος μεγαληγορῶν) *Stephanus*: ἐκ γὰρ. At *Sylburgius*: *si post δήμῳ interpungas, τε in γὰ transmutare non opus erit.*

φρονηγορέων δὲ τῶν ἐθνῶν τῶν κεχειρωμένων) Annotauimus antea ex *Victore*. cui addendus *Spartianus capite modo nominato.* Crebra eorum cognominum mentio in *Inscriptionibus* apud *Onuphrium* & *alios.*

3, 10, 153. νικηφόρος ὑπεδέχθη) *Politianus* non tam ad verba Scriptoris respiciens, quam ad festiuitatem reditus vertit: *Vrbem dein triumphans inuectus est. Spartianus* distincte, in *Seuero* 16: *Parthicum deferentibus sibi Patribus triumphum, idcirco recusauit, quod consistere in curru affectus articulari morbo non posset: filio sane concessit, vt triumphum*

triumpharet. cui Senatus Iudaicum triumphum decreuerat, idcirco quod & in Syria res bene gestæ erant à Seuero.

τὰ ἤθη διεφθείροντο) Tali vi sententiæ *Tacitus* de Nerone 13 A. 3, 7: *Nero prioribus statim annis, vi iuuenum animum in alia detorsit; celare & pingere, cantus aut regimen equorum exercere &c.* addenda sunt, quæ *Noster* supra de prouido *Marci* metu annotauit. qualia scilicet semper in animis eorum debebant esse, ad quos aliqua educandæ sobolis Principalis cura pertinet. In præcedentibus *Sylburgius* mallet inserta copula, ἀπὸ τῶν ἐν ῥώμῃ τρυφῆς.

δι' ὀρτύγων μάχας & ἀλεκτρυόνων συμβολάς) Egit de spectaculis eiusmodi gallorum præsertim certantium Nobilissimus *Caspar Barthius aduers. lib. 2. cap.* vlt. quod ad oram *Codicis sui* amice mihi donati opportune annotauerat *Amplissimus vir Io. Georgius Styrzelius:* qui illustri magnæ antiquæque virtutis exemplo tractandæ reip. curas honestissimo optimorum studiorum laxamento interstinguere subinde solet.

p. 154. συνέκρυον ἢ αὐτὸς ἐκατέρωθεν ὅτι κόλακες & οἱ θεράποντες) Ita solent in dissidio Principum aut familiæ Principalis. *Tacitus* 2 A. 43, 8: *diuisa namque & discors aula erat, tacitis in Drusum aut Germanicum studiis. Tiberius vt proprium & sui sanguinis Drusum fouebat: Germanico alienatio patrui amorem apud ceteros auxerat; & quia claritudine materni generis anteibat,* &c. Illud tamen bonum eius temporis singulare fuit, quod ipsi *fratres egregie concordes & proximorum certaminibus inconcussi* mansere. Vide apud *Cantacuzenum lib.* 1. quomodo aulici se gesserint in dissidio *Andronicorum.*

τῶν τε ἀμφὶ τὸν θεῶνα τὸν ἡλικίας ἐυτελῆ) Diligenter descripsit ea quæ ad Plautiani historiam pertinent, *Dio.* Habuimus iam supra talia exempla in *Cleandri & Perennis* potentia, artibus haud bonis in id fastigii euecta, vnde præcipitata ostenderet, nullas cuiquam scelere partas opes diuturnas esse. Egit de casibus eiusmodi magnorum Aulicorum *generosissimus Baro Enenkelius* in libello, cui *Seiani* titulum dedit. adde *Lipsii ad 3 polit.* 11 *notas.* Pro. ἐυτελῆ πᾶς αὖθις, *Sylburgius* mallet, ἐυτ. τ. ὅλῳ, *vt sequens* καὶ

significet etiam. Mox pro, πρὸς ἡμῶν, genit. casu πρὸς ἡμῶς.

p. 155. τότε τῷ θυγατέρα ὁ Σεβῆρος ξεύξας τῷ υἱῷ) Infelix nec pro cetera Seueri prudentia repertum consilium. Nam hoc vel maximum prauæ spei cupidinisque nimiæ irritamentum esse ambitiosis animis solet, cum præsertim insuper obtrusa inuito filio vxor nullam captatæ necessitudinis fiduciam sponderet, facileque prospici posset, *quæ apud concordes vincula caritatis* esse solent, *incitamenta irarum apud infensos fore*, vt est apud *Tacitum* 1 A. 55, 5. In præced. φοβερώτερος τῷ πάντοτε δρχόντων ἡμῶν, *Sylburgius* τὸ, δρχόντων, restringendum putat ad τὸς ἐπάρχους i. e. prætectos.

ἀλλ' ἵν' τε ἐπάσχοντε) *Stephanus: persuasum habeo, non* ἀλλ' ἵν', *sed* ἀπῆλθεν *Herodianum scripsisse.*

3, 11, 156. δρᾶσαί τι μᾶλλον φθάσας, ἢ παθεῖν) Vide quæ notauimus *supra p.* 375 *ad* 1, 10, 32.

ἔν τε τοῖς δευτέροις ὕπατος ἐτέλεσε) Non accipiendum hoc est de *Honorario Consulatu*; sed quod eum tenuerit locum qui daretur iis, qui secundum Consules fuissent, quique Honorarios omnes antecederent. vt recte notat *Iacobus Gutherius de offic. dom. Aug. lib.* 1 *cap.* 13.

p. 159. ἔστε μὲ τῶν τοιαυτῶν) Diximus de talibus libellis & fatalibus codicillis *ad* 1 *A. Tac.* 6, *annotat.* 5. *Ammiano Marcellino* dicitur *letalis formula* 14, 2.

3, 12, 160. καὶ καλούσιν αὐτὸν) *Sylburgius: Vel expungenda est* καὶ, *vel ea in* κἂν *versa*, legendum καὶ καλοῦσιν αὐτόν.

ὅτε εὐθέως ὁ Σεβῆρος ἐπίστευσεν Fato quodam genioque regni fieri talia animaduertas: suntque principes plerumque vt odii ita amoris tenaciores quam par est. Notum est Tiberii exemplum; in cuius animo Seiani caritas tam peruicaciter insederat, vt *quamuis exitiosa suaderet*, tamen *cum fide audiretur. Tac.* 4 A. 59, 5. Adde *Traiani in Licinium Suram* affectum, *Dioni* descriptum *in Traiano.*

p. 162. ὑμέτερον ἤδη ἔργον) *Sylburgius:* ὑμέτερον *cum A. & P. legendum esse, ipsa orationis dictat sententia.*

p. 163. ἠπείλησε πείθοι ; *Sylburgius: haud scio an*

conue-

conuenientius legerimus ὑπήχθη *seu* ὑπήχθη *adducebatur, flectebatur.*

p. 164. ὑπὸ μισκίλων ὑβρ.) *Sylburgius* mallet cum articulo, ὑπὸ τῶν μισ. Mox pro ζήσας coniicit ζέσας à ζεῖν feruere. Subinde: *Memin. l.* ἀπολέτω ὑπηρεσίᾳ, *imminenti Dei seruitio. Sed verior est Stephani lectio,* ἀπίσῃ ὑπηρεσίᾳ. *quia scilicet à Saturnino, quem sibi omnium fidissimum pollicebatur, fuit proditus.*

p. 3, 13, 164. ὑπαάρχοντας δύο τῶν πραιτοριάνων κατίσηνσι) Vide quæ *supra* notamus ad 1, 9, 30. Quibus adde *Iacob. Gutherr. de offic. dom. Aug. lib. 2. cap. 4 & 5.*

p. 165. ἅπασι γὰρ ἤθελε τὴν παῖδας τὸν ἐν Ῥώμῃ διαφέρειν χρηστῇ ἀπλαώσει) Magnopere gauisus est Seuerus sobole imperio destinata; omnemque in educando curam adhibuit; sed frustra. vnde hac occasione locum communem texit *Spartianus in Seuero* 20 & 21: *neminem prope magnorum virorum optimum & virtutis filium reliquisse.* Subinde, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, *Polittanus legit,* υἱόν. *Sed* ἀδελφὸν *agnoscit etiam Epitome Dionis, nec eam ex alio prolem suscepisse probabile est: multo minus ex Antonino, qui nec lecti eam, nec laris consortio dignatus est.*

p. 166. μύθων τε ἀρχαίων καὶ φαμῶν) Talia persecuti sunt ex Græcis antiquis Latinisque, qui *Thebaidas, Thyestes, Atreos, Pelopidas* scripsere. quorum catalogum consignauit *Martinus Antonius Del Rio ad Senec. Thyest. & Thebaid. Spartianus in Seuero* 21 etiam hoc tradit: *ipsum iam agrotantem diuinam Sallustii orationem qua Micipsa filios, ad pacem hortatur, misisse filio maiori.* In quo facto aliquid eius moris agnosco, quem Augustus vsurpauit, teste *Suetonio* 89: dum *præcepta & exempla publice vel priuatim salubria ex vtriusque linguæ auctoribus ad verbum excerpta; aut ad domesticos, aut ad exercituum prouinciarumque rectores, aut ad vrbis magistratus plerumque mittebat: prout quique monitione indigerent.* Facta Augusti æmulari solebant secuti Principes, vt quisque eorum eximius videri voluit.

πάντῃ ἐξήκοντα χρημάτων πλήθη) *Stephanus* mallet πάντῃ (πῆ sc.) & πλήθει. Sed neutra hæc ferri posse, recte

ostendit doctissimus *Sylburgius*. Mox, post ἐκ ἔπαξ, insertum vellet εἶναι. nescio an opus sit.

ζωσὶ μὲν ἔσης οἰκοι κεχρισμένας) Non pecunia modo sed annona quoque abundante. vide *Spartian.* 23. vbi *Casaub.* nota. *Dio:* κρίθοι ἢ πάμπολυ δαπανήσας, ὅμως ἐκ δυσεθμήτως ἰανὰς μυριάδας δραχμῶν κομιλέλοιπεν.

ὡς ἀφιλῶς καὶ δαψιλῶς τοῖς στρατιώταις χορηγῶν) Extat improbior eius vox directa oratione expressa ad filios apud *Dionem:* ὁμονοεῖτε, τοὺς στρατιώτας πλεῖν ζητεῖτε, τῶν ἄλλων πάντων καταφρονεῖτε. de qua diximus ad *Tac.* 1 A. 2. *annot.* 5.

πολλὰ δεῖν ὀφιλῶν τούτων πάντων) Non omittenda sunt hic ipsa *Severi* verba, quæ *Spartianus* 23 annotauit: *firmum imperium Antoninus meis relinquo, si boni erunt; imbecillum, si mali.*

p. 167. ἔκρυσι τῶν κολακευόντων ἀνθρώπων ἀπεῖναι ἀπὸς αὐτὸς) Repetenda sunt, quæ supra dixit *Herodianus* 3, 10, 134. vbi quædam annotauimus.

3, 14, 67. φύσει μὲν φιλόδοξος ἄλλως τε ἄρχων) Hæc intima & vera causa huius expeditionis: & describit hunc affectum Severi Noster *supra* 3, 9, 148. Longe turpius postea similem cupiditatem explevit *Antoninus*, de quo 4, 10, 201. Summam expeditionis reportatumque *Britannici* nomen *Spartianus* 18 memorat. addenda sunt etiam, quæ *Xiphilinus ex Dione* excerpsit, vt per membra illustratio huic capiti accedat. nec enim operæpretium duxerim totiens particulatim singula conferre.

p. 169. ἀπερύκλας ἔπεμψε) *Sylburgius: propterea forte omissa est præpositio ἀπὸ, quia petius sonuisset geminatio ista,* ἀπερύκλας ἀπέπεμψε.

ἐν ᾧ σώματα ἐζωγράφητο ποικίλων ζώων) Nullus Auctorum locus de Britannis huc accuratius congruit, quam *Solini, cuius c.* 22. *fine* hæc leguntur verba: *Regionem partim tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuras, iam inde à pueris variæ animalium effigies incorporantur, inscriptisq; visceribus hominis incremento pigmenti notæ crescunt: nec quidquam magè patientiæ loconationes ferè ducunt, quam vt per memores cicatrices plurimum fuci artus bibant.* vide *Cl. Salmasio* annotata *Plin. exercit.*

Memi-

Meminit & *Seruius ad 4 AEneid.* illud: *pictique Agathyrsi. Picti,* inquit, *non stigmata habentes, sicut gens in Britannia, sed pulcri, &c.* Quod de hoc quidem loco capiendum est. nam alias *pictos* ipse exponit, *stigmata habentes,* ad illud *Georg. 2, pictosque Gelonos. Solino, inscriptio,* eadem notione modo vsurpabatur. Congessit de Britannis aliquam multa *Barthius animaduers. in Rutilii Itiner. lib.* 1 v. 499. sicut etiam laudatus nobis antea vir Amplissimus *Io. Georgius Styrzelius* suo codici adscripserat. Ceterū qui cum *Herodiani* loco *Cæsarem* cōferunt *lib. 5. bell. Gall.* 14. (quod multi faciunt, præsertim qui notas in eum scripserunt, *Ioh. Rhellicanus, Aldus Manutius, F. Hotomannus, P. Ciacconius, I. Glandorpius, aliique*) nescio an recte sentiant, *vtrique scriptori de eodem more sermonem esse. Cæsar* enim nullius varietatis meminit, sed totum corpus vno vitri pigmento sine vllis formis figurisque notari ait. Verba sunt: *omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod cæruleum efficit colorem: atq; hoc horribiliore sunt in pugna aspectu. Græcus Metaphrastes* ita exprimit consilium finemque huius moris: ὥστε ἐν ταῖς μάχαις καλὰ φαίνεσθαι τὸ θέαμά ἐστι. Cui consilio simile est, quod *AElianus in var. hist. 6, 6. de Spartanis* tradit: φοινικίδα ἐμπίπτειν τοῖς μάχαις ἀνάγκη ἦν. ἔχει γὰρ τὴν χροιὰν καὶ σεμνότητα· ἡ γὰρ ἐς αὐτὴν μιγνυμένη καὶ τὴν ῥύσιν τοῦ ἐπιχεομένου αἵματος· ἐν πορφύραις γὰρ μᾶλλον ἐκφαίνεται τὰς ἀνδρικὰς βαθυτέρας (an βαρυτέρας) τοῦ ὄψεως γιγνομένης, καὶ φοβερωτέρας μᾶλλον. *purpureo sago vti necesse erat in præliis, vt & color aliquid grauitatis haberet, & præsertim, vt sanguis ex vulneribus purpuræ superfusus hostes grauiore ac terribiliore aspectu perturbaret.* Locum Cæsaris diligenter explicauit *Cl. Salmasius ad Solin. l. d.* De lectione loci *Sylburgius: fortasse,* γραφὰς ποικίλας καὶ ζώων παντ. εἰκόσιν.

p. 171. ἄπαξ πάντα Ῥωμαίοις ἐναντία, πλείονα παρέχειν τῷ πολέμῳ τὴν ἀλατείβιν) Nec moram modo, sed damna Romanis ingentia dedere, sicuti ex *Dionis Seuero* intelligi potest.

3, 15, 171. ἀνέπειθέ τε ἀεὶ τοὺς ἑαυτοῦ γονέας καὶ ἐπεβούλευσε) Impius parricida iam antea bis patris vitæ insidias struxerat; quas *Dionis* historia refert.

εὐδοξίαλα βιώτας, ὅσον πρὸς τὰ πολεμικά) Vide *supra* 3, 7, 143.

p. 172. βασιλέας ἓξ ἀκλωκμήδεκα ἔτεσιν) *Spartianus* 19: *periit Eboraci in Britannia subactis gentibus quæ Britanniæ videbantur infestæ, anno imperii decimooctauo, morbo grauissimo extinctus iam senex.* *Dio* regnasse ait, annos XVII, menses VIII. dies III. Vnde apparet *Herodianum* numero rotundo vsum; quod & *Victor* fecit & *Nicephorus Callistus*, aliique. *Theodorus Metochita*, annos XVII, itidem præterpropter ponit.

χρήματά τε αὐτῶν καταλιπὼν ὅσα μηδεὶς πώποτε) Diximus supra ad 3, 13, 166.

p. 173. μεμνημένοι ἓξ ὅ Σεβήρου, καὶ ὅτι ἀμφοτέρους) Vnde etiam postea *pars militum apud Albam, Getam occisum egerrime accepit, dicentibus cunctis, duobus se fidem promisisse liberis Seueri, duobus seruare debere.* &, quæ sequuntur in *Spartiani Antonino Caracallo c.* 2. id quod repetitur in *Eiusdem Antonino Geta c.* 6.

IN LIB. IV.

4, 1, 175. ἐν τῷ νεῷ ἔνθα Μάρκου τε καὶ τῶν ἄλλων βασιλέων ἱερὰ μνήματα δείκνυται) *Spartianus c.* 24. *Vrnam auream* (nam corpus, vbi mortuus erat, crematum est) *Antoninorum sepulcro illatam* ait. & *cap.* 19. dixerat: *Illatum sepulcro M. Antonini.* pro *Vrna aurea*, *Herodianus* κάλπιδα ἀλαβάστου, *Dio* ὑδρίαν πορφυροῦν λίθου habet; quod obiter noto. De sepulcro consentit *Dio*, εἰς τὸ Ἀντωνινεῖον ἀπετέθη. Annon autem Seuerus monumentum *Septizonij specie & nomine sibi ipse viuus ornauerat*? Ita *Spartianus in Geta c.* 7. aliique tradunt. Respondet *Casaubonus: Antoninorum sepulcrum, & Septizonium Seueri eiusdem Mausolei partes fuisse; eaque* communiter ab Herodiano βασιλέων μνήματα vocari.

4, 2, 176. ἔνθα γάρ ἐστι Ῥωμαίοις καθιδρύσαν βασιλέων τοῖς ἐπὶ Ἀλβάνοις πᾶσι πελ.) Præclara egressione describit hic *Herodianus, ritum consecrationis*, nulli apud veteres tam fuse descriptum. Nam *Dio* in *Seuero* breuius id agit: cuius

cuius expositio tamen omnino cum hac conferenda est. vt & consecratio Augusti apud *Dionem*. 56. Vide etiam quæ de ritu toto collegere *Io. Kirchmannus* de funerib. Rom. *lib*. 4. *cap*. 13. *Onuphrius Panuinius comment. in lib*. 2. *fast. ad ann*. C M L X I I I, vbi etiam *Catalogus consecratorum*. Quod doctissimus *Kirchmannus* Herodianum erroris arcessit, quasi non recte diceret, *Principes eos consecrari, qui superstitibus filiis aut successoribus moriuntur*: ea reprehensione nihil opus esse videtur. Nam *Herodianus* ad originem respicit & exempla: dum ab initio *Augustus Iulium*, *Tiberius Augustum*, *Nero Claudium*, *Titus Vespasianum*, *Domitianus Titum*, *Traianus Neruam*, *Hadrianus Traianum*, *Pius Hadrianum*, *Marcus Pium*, *Commodus Marcum* consecrarunt, omnes *filij* sc. aut *destinati successores*. Hæc consuetudo fuit. consecratio feminarum extraordinaria est. vt taceam *Herodianum* hic non loqui nisi *de Imperatorum consecratione*, quæ interim non excludit alias consecrationes, singularibus ex caussis, varioque consilio & arbitrio factas. In præced. cap. hac pagina, ἐκάτερ@ ψυχή, desiderari χωρὶς, ἰδίᾳ, aut simile quid, *Sylburgius* iam monuit.

4, 3, 180. ἐξ ἐκείνου ἤρξαντο πρὸς ἀλλήλους) Confer quæ supra leguntur 3, 15 & 4, 1. itemque infra 4, 4. *Herodianus* de industria videtur hoc egisse, vt insanabile inter fratres ex æmulatione regni odium, eiusque interualla, impetus, furores exactius sub conspectum darentur. Præced. cap. hac pagina πάνυ ἢ ῥᾴστα ἀνάπλεῳ ὁμαρεῖν, *aduerbiorum alterum*, vel ῥᾴστα, vel ὁμαρεῖν librariorum vitio irrepsisse, suspicatur *Sylburgius*. Principio huius capitis, οἱ παῖδες ἐς τὸν πατέρα, τὸ ἐς è præcedentis nominis fine repetitum ideoque expungendum idem autumat.

p. 181. μέτριον τε καὶ πρᾶον ἑαυτὸν τοῖς πρώτοις παρεῖχεν) *Spartianus in Geta* 5: *comis etiam habebatur in adolescentia*. *Victor in Cæsarib*. 20: *Getæ modestiore ingenio frater angebatur*.

p. 182. ἤξίουν διαιρεθῆναι τὴν βασιλείαν, ἓ ἔχει ἕξης) Quæ hic de diuisione imperii dicuntur, & præsertim de noua duplicique sede imperii, reuocant mihi in memoriam, assertionem eam, qua alibi dixi, *nunquam facile fieri*, *vt talis*

cogi

cogitatio feliciter susciptiatur aut perficiatur. Itaque præsertim de *Constantini Magni*, præclarissimi Principis, facto disputant, qui Byzantium alteram imperii Romani sedem adornauit, alterumque *occidentale*, alterum *Orientale* vocauit imperium. Quod consilium *Zosimus* vehementer reprehendit: *Christianorum* autem *plerique*, ceteris tanti Principis virtutibus hoc factum siue condonare, siue ex alio consilio, de quo mox dicam, comparare solent. Inter recentiores multi magno feruore *Zosimum* arguunt, tanquam fide indignum, & infesto in Christianam religionem animo talia effundentem. Equidem quid pro *Zosimo* respondeat olim in simili negotio *Ioannes Leunclauius*, in omnium notitia versatur. Nos nequaquam id nunc agimus, vt patrocinium eius suscipiamus. At vero hanc ipsam imperii diuisionem quod attinet, non tam *Zosimo*, quam rei totius ingenio euentuique & imperii Romani casibus credi debet. Quid enim opus est de scriptoris auctoritate disceptare, vbi res ipsa loquitur? Quo argumento etiam nititur *Iacobus Gutherius de offic. dom. Aug. cap.* 45. Sed non est tamen omittenda *Christianorum* ratio: Inter quos magni viri & de *Zosimo* male, & de *Constantini* consilio illo bene iudicarunt. Neutrum sine magna caussa. Nam & teneri trepidiq; multorum fidelium animi inter tot circumlatrantium & allatrantium paganorum furores subinde confirmandi erant, ne in Christiani nominis iniuriam tendere viderentur, quæ Principibus ipsorum, & præsertim Constantino, tanto religionis Patrono, secus facta obiicerentur: & noua illa Roma, licet imperio Romano non tam augmenti quam detrimenti caussa esset, sicut vniuersim æstimanti satis constare potest; admirabili tamen Diuinæ prouidentiæ cura factum est, vt religioni Christianæ propagandæ & per orientem late proferendæ Constantinopolitana sedes inseruiret. Est interim in eiusmodi iudiciis modus, quem an obseruauerit *Pius V. Pontifex*, cum Romæ ac Florentiæ *Zosimi* lectionem interdixit, cum tamen caussæ eius metus, qui tempore *Euagrii* nonnullos tenuit, pridem euanuissent, cuiuis promptum erit iudicare. Certe *Thuanus lib. 1. comment. de vita sua*, veluti excusando exprobra-

probrare Pontifici id institutum videtur. Atque hæc obiter cum bona Eruditorum pace, hic inserta, suo tempore locoque plenius explanabuntur.

4, 4, 184. ἀπεγνωσμένων τὸ μὲν ἀλλὰ τοῦ γλώ) *Mutilatum esse locum, ipsa historiæ circumstantia indicat. ac Politianus coniecturam magis, quam Græci textus verba est secutus.* Sylburgius.

p. 185. ὁ δ' Ἀντωνῖνος πατροφονεύσας αὐτὸν τὸ φόνου) Parricidium hoc & quæ mox inserta sunt, diligenter etiam *Dio in Antonino* descripsit. Nam Spartianus in *Anton. Geta* breui tantum mentione rem perstringit.

ἔς τε τὸν νεὼν ἔνθα τὰ σημεῖα) Addendus est de hoc castrorum templo locus, qui *infra lib.* 5, 8, 251 legitur. De more ipso egit *Lipsius milit. Rom. lib.* 4. *dialog.* 5. & ante eum in eiusdem argumenti opusculo *Henricus Sauilius*, vbi etiam de *Sacello, aquilis* seorsum ap. Auctores tributo. siue quod *aquilarum* appellatio quodam significatu excellentiæ, interdum sola exprimitur, vbi de signis res est; siue, quod aquila sacello paruulo inclusa videtur, etiam cum cetera signa sub dio collocarentur. Adde etiam *Lipsium lib.* 2. *Taciti.*

p. 186. νοεῖας μᾶλλον ἐβάλετο τὰ πραχθέντα ἢ ἀκούσας) Graui sententia, vt solet, expressit Historicus sceleste obscuritatis consilium. Sicut etiam postea in senatu *questus est de fratris insidiis inuolute & incondite*, vt *Spartianus* habet *in Caracallo c.* 2. Addit *Dio*: ἡ τε γὰρ πάντα ἀκούσαν, ἐνέφραξε στόμαθ' ὅσα τοὺς ἐστρατιώτας ὑποσχέσεσιν, ὥστε μήτ' ἐννοῆσαι μήτε φθέγξασθαί τι αὐτὸς δυνηθῆναι. *Et priusquam audissent omnia, vt gesta erant, milites, tot & tantis pollicitationibus os illis occlusit, vt neque cogitare neque loqui pium quidquam possent.*

μιᾶς τε ἡμέρας ἀφθόνως ἐπιχέας) Si possent ad altiora mentem attollere, qui pecuniæ cupiditate corrupti, rapinarum magistri sunt & auctores Principibus, quique Principum ipsi sunt rapaces (vide *Plin. panegyr.* 41.) iuberem illos omnis æui exempla intueri, an vnquam quantacumque vis opum per iniurias subditorum malasque artes parta, subsidium regno emolumentumque attulerit? nam id

præte-

prætexitur plerumque, sicut vel ex *Tacit.* 12 A. 7,5. animadiertas.

4,5,187. ἔλεξε τοιάδε) Eiuscemodi orationem haud dubie aliquis eorum principi formauit, qui omne honesti inhonestique discrimen confundere solent, vt dominorum vitiis per adulationem adrepant. Id quod eo libentius annoto, vt cum adulatoribus aulicis, Papinianum illum, verum scilicet grauemque consultorem, qui semper meliora & præsertim fratrum concordiam suaserat, contendam. Tradunt enim quidam, *noluisse Papinianum dictare orationem, qua inuehendum erat in fratrem; vt caussa eius melior fieret, qui occiderat*; quin etiam respondisse: *Aliud est parricidium, accusare innocentem occisum.* siue, vt aliorum narratio habet: *Non tam facile parricidium excusari posse, quam fieri. Spartianus in Caracallo* 8 (add. & *Seuer.* 21) duplicem narrationem distinguit: quam *Victor* confundere videtur, *de Cæsarib.* 2. Vterque illud de oratione concinnanda refellit, eo quod Papinianus præfectus prætorio fuerit, neque ad eum pertinuerit formare principis orationes. Quæ ratio tanta existimari non potest, vt rem statim pro refutata accipiamus. Videtur enim Antoninus Papiniano extra ordinem id voluisse obtrudere; primo quidem vt auctoritate tanti viri abuteretur ad velandam sceleris atrocitatem; deinde, vt nolentem volentem quasi cogeret approbare ea, quæ hactenus magno studio dissuaserat; denique ab ingenio eius & eruditione singulari facilius forte sperabat artificia velandi facinoris, siue σοφὰ φάρμακα. Fuisse Papinianum appellatum de velando parricidio, *Spartianus* non dubitat, quidquid sit de oratione dictanda: magnificique hinc elogii materiem sumit *Iacobus Lectius in graui de vita & script. Papiniani oratione.* vbi (quod obiter noto) μνημονικὸν ἀμάρτημα est, cum *Herodianum* pro *Victore* adducit.

p. 188. ἀνὴρ γὰρ ὁ τῆς πόλεως κλῆσις Ῥωμύλος) Diximus alibi (nempe *ad* 1 *A. Tac.* 10 *annot.* 9) solenne esse nequitiarum ciuilium magistris & auctoribus abuti exemplorum colore. Ita Caligula apud *Suetonium* 25, rapta & abducta ex alterius matrimonio vxore, *Matrimonium sibi reper-*

reperium, exemplo Romuli & Augusti, ait. Nihil vsitatius hodie, quam exempla palam improba, manifestoque etiam gentilium consensu damnata, in præsidium malæ causſæ aduocare. Quinimo (quod nemo cordatus sine stupore referre aut legere potest) ad licentiam facinorum tuendam, aut alios vsus, ipsa S. Scripturarum exempla, quæ Spiritus S. in vtramque partem manifesta censura vel absoluit, vel damnauit, contraria prorsus interpretatione adornantur. quod præsertim impius ille sub pietatis prætextu *Thomas Campanella de Monarchia Hispanica* passim facit. Vnum & alterum ponam: *Israelitas* ait *mancipia factos Eliæ & Elisæi, qui illos imposuerint & deposuerint throno, sicut Consules Romani sacerdotibus suis subiecti fuerint.* Quomodo hoc potest de sanctissimis viris dici, nisi simul ipsis tribuatur ambitio & affectatio maioris, quam pro officio, potestatis? Quod magis etiam apparebit, si, quæ cohærent, leges. Paulo post, Vbi de rebellantium aduersus legitimos reges studiis disserit, ait: *Imprudenter & male habitus populus erumpet, & arma in te conuertet, sicut Dauid contra Saul.* Ita Dauidi scilicet rebellionis crimen, à quo eum tam studiose sacer Codex purgat, impingitur. Scilicet hæc sunt commenta nouæ religionis, quam de se (*cap. sequenti* 10) iactitat. Neque annotarem hæc talia, nisi & hodie similia audirem: quibus an maior impietas, an vero S. S. infelitia prodatur, vix discreueris.

p. 189. *Μάχεσθαι δὲ φιλοσοφίᾳ ἐπιείκειαν πρέπον ἐστίν*) Inique eum onerari hac calumnia, magna asseueratione contendit *Capitolinus in Vero cap. vlt. & Rittershusius in Marco suo.* adde, quæ notauimus *supra* ad 1, 4, 11. Quæ præcedunt, mutilata, & ita interpolanda putat *Sylburgius*: *σὺ δὲ Γερμανικὸν τὸν Τιβερίου, Βρεττανικὸν τὸν Νέρωνος, τὸν Τίτου τὸν Δομετιανοῦ. Vt, cum è Dionis Epitoma, tum è Zonara cognoscitur.*

4, 6, 190. *εἰδὼς δὲ πολιτικοὺς καὶ κατὰ μίσος ἐκείνου γνωσθέντας*) Totum caput numerandis infestissimæ crudelitatis stragisque generibus destinatur; sed non nisi summatim, vt sic dicam, & acceruatim. Quis enim singillatim referat? cum præsertim *Dio* viginti millia hominum tum occi-

occisa tradat. adde *Spartiani Caracall.* 3 & 4. itemque *Get.* 6.

p. 191. ὁ δὲ διηθεὶς ἀνὴρ ὑβελός) Vide omnino *Plin. Panegyr.* 33.

4, 7, 192. τῶν ἱερῶν σωίστως) *rectius forsan* σωιδήστως. *Sylburgius.*

ἰυδίκλως τι) *Sylburgius: A. & B.* Λοίκλως, *vt & Memm.* vertit *clementer. sed conuenientior lectio Stephanea, præsertim si aduerbium* vertatur *in nomen* Διάκλως: *eamque lectionem confirmant, quæ Dionis epitome refert, & Suidæ collectanea.*

ἡμφιέτιω) τὰ Γερμανῶν ἤθη βλήμασι) Explicat morem Germanorum, & hunc locum *Cluuerius in Germ. antiq. lib.* 1. *cap.* 19.

p. 193. καὶ ξυλίνοις ἐς πόσιν καὶ ἐδέσμασι χεώμενοι) De *ligneis* poculis, & *pane temere facto*, quem mox memorat Auctor, videndus est *Lipsi. milit. Rom. lib.* 5. *dialog.* 3.

p. 194. ἐκ τῶν φαλαγγίδων σύμβολα ἐπιμήκη ὄντα) Rursum adeunda *Lipsii militia Romana.* Apud *Suetonium Aug.* 10 eiusdem elogii nomine commendatur Octauius, quod *aquilifero legionis suæ grauiter saucio, aquilam humeris subierit, & diu portauerit.*

Ἀφ' ὧν δὴ καὶ ἡμεῖς ὡς φαλαγγικὸς ὑπ' αὐτῶν ἐφιλήθη) Notauimus *supra*, quæ huc pertinent, *ad* 2, 11, 103.

4, 8, 194. ἰυδὺς Ἀλέξανδρον ὧδε) *Spartianus in Caracallo c.* 2: *Alexandrum M. eiusque gesta semper in ore habuit.* Longe autem accuratius ista pleniusque exequitur *Dio*, cuius narratio plane cum *Nostro* conuenit. *Andreas Schottus lib.* 3. *observ. cap.* 19. collegit nomina eorum, *qui se Magno Alexandro similes dixerunt.*

p. 195. Πιτανάτην ἐκάλει λόχον) λόχος *apud Halicarnass. plerumque pro centuria capitur: hic tamen rectius fortasse* vertimus, *Pitanatem cohortem.* Sylburgius.

τῶν ὀνειράτων ἐμφοιτηθείς) *Dio* de terribilibus somniis & necromanticis sacris refert, quibus animas ex inferis euocauit: quippe vniuersim solitus magis & præstigiatoribus delectari.

στρά-

στεφάνοις τε κατεμήσας) Quæ hic *de sepulcro Achillis floribus sparso honoratoque*, & mox *de Ventis prece votoque exoptatis*, itemque *de crine ignibus imposito* habentur, late exposita est videre apud *Io. Kirchmannum in erudito de funeribus commentario.*

p. 196. ἐπήνεσε δὲ καὶ στρατηγῶν μάλιστα Σύλλαν τε τὸν Ῥωμαῖον, καὶ Ἀννίβαν τὸν Λίβυν) *Spartianus in Caracallo*, 2: *Tiberium & Syllam, in conuentu plerumque laudauit.* Non modo propter militiam, vt arbitror; sed & propter crudelitatem.

p. 197. τῷ θεῷ χρήσασθαι οὐκ ἐκείνοις ἐξαιρέτως) *Eunapius in AEdesio*: ἦν δὲ Ἀλεξάνδρεια, διά τε τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν, ἱερόν τις ἐν οἰκουμένῃ· οἵ γε πανταχόθεν φοιτῶντες ἐς αὐτὸ πολῆθός τε ἅπαν τῷ δήμῳ παρεσκόμπουν. *Erat Alexandria propter Sarapidis fanum, alter quidam & veluti sacer terrarum orbis. itaque qui illuc vndique confluebant, multitudinem agminis referebant.* Quo ipso in loco *Antonini* mentionem facit. Adde *Marcellin.* 22, 41. & quos *G. Io. Vossius* annotauit lib. 1. *theolog. gentil.* cap. 29. f.

ὄργανα πανδαισίας διακεῖσθαι) Huius luxus Orientalis affectatione *Gallienus* sæpe *ad tibicinem processit, ad organum se recepit; cum processui & recessui cani iuberet. Trebellius Pollio in Gallieno primo* c. 7. De cetero Alexandrinis *Organa hydraulica* præsertim familiaria sunt. quippe cum & auctor omnis machinæ hydraulicæ *Ctesibius Alexandrinus* memoretur *Vitruuio lib. 9. cap. 9:* & *Plinio* 7, 7. Descriptionem organi elegantem Græcam vide apud *Cl. Salmas. in Lamprid. Heliogabal. fine.* & *in epigrammate Græco Iuliani apostatæ.*

ἐξωμάτων τε πανδαπῶν καὶ θυμιαμάτων) Egit de hoc more *Brissonius in erudito de regno Persico commentario* & *Casaub. ad Calig. Suetonii.* Adde *infra* 4, 11, 204.

4, 9, 198. πεφύκασι δέ πως εἶναι φιλοσκώμμονες) Plane, sicut de Antiochensibus *supra* 2, 10 annotauerat. Vide quæ *Casaubonus* de Alexandrinis habet ad *Athenæi* 4, 25.

p. 199. πᾶσαν τὴν νεολαίαν εἰς μέσον πελάσας συνελ.) Dio complures eiusmodi lanienas Alexandriæ factas commemorat, *interfectosq; singillatim proceres*, deinde *per dies*

noctesque complures promiscuam eadem continuatam ait; *Spartianus: Inde Alexandriam petiit: in gymnasium populum conuocauit, eumque objurgauit: legi etiam ualidos ad militiam praecepit. Eos autem quos legerat, occidit exemplo Ptolomaei Euergetis, qui octauus hoc nomine appellatus est. Dato praterea signo militibus, ut hospites suos occiderent, magnam cædem Alexandriæ fecit.* Exemplum Euergetis Physconis vide apud *Valer. Max. 9, 2. ext. 5.*

p. 200. μεθ' ἃς εἶχε φε.) *Schotti mſc.* εἶχεθ. *quod in hac significatione minus usitatum est.* Sylburgius.

4, 10, 201. ἐπιθυμήσας ἦ μεῖ' ὀ πολὺ Παρθικὸς κληθήναι) Bene factum, quod paulo fusius *hoc & sequenti capite* describit *Herodianus* facinus crudelitatis & perfidiæ plenum: quod *Dio* & *Spartianus* breuissime perstringunt verius, quam narrant.

4, 11, 203. καὶ δόσει τε ὑπολοιπεῖθ) *Et tempore congruant verba, omnino legimus*, ὑπολογεῖ). *pollicetur.* Sylburgius.

Ὅτε γὰρ ἐπὶ σημεῖα κελεύει ὁ Ἀντωνῖνος) Huic exemplo perfidiæ addantur illa: *quod Osroënes regem Agbarum per speciem amicitiæ euocatum in vincula dedisse, atque ita eius regno potitus esse; Armeniorum item regem cum filiis diffidentem specie arbitrii agendi, non melius tractauisse traditur*, apud *Zonaram tom. 2.* Volebat tamen interim generosus & à dolis abhorrens videri, *Fabricium subinde laudans, quod Pyrrhum dolo necare noluisset, neque tamen abstinens interim, quin gloriaretur, quod Vandalos & Marcomannos antehac amicos & socios inter se commisisset. Excerpt. Peiresc. p. 756.* In *eisdem* acute dicitur *trium gentium* vitia, *ad quas origo ipsius pertinebat, habuisse; Gallorum* τὸ κέφον & τὸ δόλιον, καὶ τὸ θρασὺ *vanitatem; timiditatem, ignauiam*; Afrorum τὸ τραχὺ καὶ ἄχρεον *asperitatem & feritatem*; *Syrorum*, τὸ πανοῦργον, *vafritiem & nequitiam.* cum de bonis interim nihil participaret.

4, 12, 207. εἰς ὡς τραπεζικὸς δὴ ὁ Ἀντωνῖνος ἴσχυρε) Vnde etiam iactauit, ὡς ὀλιγοτελεστάτῃ τῇ διαίτῃ χρῆσθαι δυνάμενος, *quod tenuissimo victu uti posset*, apud *Dionem.* qui tamen satis innuit, fictam frugalitatem eam fuisse.

χλαμύ-

χλαμύδιον, ἣ ἵνα ἄλλην ἐσθῆτα ἀμφιεσάμενον ἀσφοτέραν) Nam ipse barbaro vestimenti genere vsus, inde nomen adeptus est, vt *Caracallus* siue *Caracalla* diceretur. Qua de re *Dio, Victor in Cæsarib.* 21. *& in epit.* 21. *Spartianus in Caracall.* 9, vbi *notæ Salmasianæ* videndæ. Adde *Meursii glossar. Græcobarb. in voce* καρακάλλιον siue καρακάλλον.

ἐδόκει γὰρ ἄριστα τέλος λαβεῖν τὸν Αντωνίνου βίον) Tali sententia *supra* de Commodo dixerat 1, 16, 52: ἐδόκει γὰρ ἄριστα ποτὲ κακεῖνον πάυσασθαι μεμνημένα καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν τυραννευμένην.

p. 208. ἀλλὰ καὶ θεά τε καὶ δαιμόνια πολυτρόπως μανεῖν) Iam supra mentionem fecimus ex *Dione* huius rei, quod *magis & præstigiatoribus* deditissimus fuerit. Addunt *Excerpta Peiresiana*: ὅτι καὶ τῶν ἀστέρων ἀλαζονεύματα, καθ' ἃ ἐγεγόνεσαν οἱ τῶν πατέρων, παρ' αὐτῶν ἐπεκμαίρεσθαι τόν τε οἰκείως καὶ τὸν ἀλλοτρίως ἔχοντα· καὶ πολλοὺς καὶ ἐκ τούτων τοὺς μὲν εἶναι, τοὺς δὲ ἀπώλυεν. *quod habuerit descriptas nobiliorum genituras, coniiciens ex iis, quis beneuolo, quis aduerso esset erga se animo. Itaque multos propterea, vel honoribus, vel exitio affecit.* Mox, *Schotti msc.* ἐπιβουλεύοντάς οἱ χρῆν.

ἐπιβουλεύειν τῇ ἀρχῇ τὸν Μακρῖνον) Series historiæ diligenter etiam à *Dione* est expositа; qui in aliquibus variat.

p. 209. κτείνει τῷ Μακρίνῳ ἀποστάντα καὶ ἀλλόσυνα ἐντυχεῖν τοῖς γράμμασι) Consuetudo satis antiqua & in multis regnis vsitata est, vt ad præcipuum aliquem Principis adiutorem (siue is *præfectus prætorio*; siue *præfectus secretorum*, seu quocumque nomine sit) litteræ omnes referantur, isque Principem, argumentis tantum enarratis, lectionis assiduæ & prolixæ onere subleuet. Quanquam non parum sæpe in ea re periculi: quod prudenter considerat *Barclaius Argenid.* 5. *sub persona Meleandri*, qui *potestatem præfecti secretorum animo voluens, non sine horrore cogitabat, quantũ ille accepis legatorum litteris posset. tanquam arbitrum rerum, nihil hunc magis, quã quod placet, Principi referre. in hac vero libertate, quas cum exteris amicitias, si velit, non obruat; aut iniurias atque fraudes præcorruptus non mulceat? Quod si perfidiam, quæ argui possit, prudens scelere vitabit, at ipsa negotia narrando torquere, ver-*

bisque premere aut eleuare omnia poterit. Addenda sunt cetera, quæ sequuntur prolixius, quam vt huc transcribi possint. Sed & de remediis huic periculis opponendis egregia cogitatio subjicitur. Apud *Tacitum* 4 A. 41. 3. Seianus, vt præcipuum momentum rerum nouandarum captat, si *litterarum magna ex parte arbitrum* se facere posset, *cum per milites commearent.*

4, 13, 211. ἀπιλθεῖν τε εἰς τὴν νεὼν τ Σελήνης) Volebat enim religiosissimus videri, licet esse homo conscelerati ssimus. quod *Dionis* Excerpta per aliquot schemata eius simulationis & exempla declarant. De *Luna*, siue, ut Carreni malebant, *Luno*, *Spartianum* vide in *Caracalla* 6 & 7. vbi *not. Salmas. & Casaubon.* quibus adde *G. I. Vossii* Theolog. gentil. 2, 5 *fine*, *cum additis in calce Voluminis.*

p. 212. συσπαλώτων γὰρ ἐ κοινωνὸν ἔβίω ἀπ' ὀκ ὀλίγων) Quippe cum aliis hominibus hostem se præberet, solis militibus comis erat, teste *Dione.*

4, 14, 213. ἔμφνάν τε ἡμέρας δύν ἀβασίλευτοι) *Dio:* ἔλαβε τὴν ἡγεμονίαν μὴ τὴν τελέρτην ἡμέραν. Ergo illud *Capitolini*, cum dicit, *statim arripuisse imperium*, cum mora intelligendum est.

p. 214. κοινωνοὶ ἔ μαχελίνε) *Sylburgius* mallet τῷ μαχελίνᾳ.

ὡς αὐάλκη ἐ χρεία ἔ παρόντ κομιδῇ) *Capitolinus* vi & fraude inuasisse eum imperium, aliquoties ait. Inter alia, *cap. 5: sed quasi inuitus acceperat, vt sunt homines, qui ad ea se cogi dicunt, quæ vel sceleribus comparant.*

σπαλώτε ἀποβολῇ) *Auctor* συσπαλώτε *scripsisse videri potest, vt supra.* Sylburgius.

p. 215. ὡς ὑμᾶς) *rectius forsan* ἡμᾶς. Sylburgius.

ὡς ὁπαίρως ἀελτμῦον) *Haud scio an verius* π. ἠβρωτμῦον, *vel* ἀπλιτμῦον. *quia sc. Parthus non scriptos & ordinarios habebat exercitus, sed cum opus erat, subditos cogebat.* Sylburgius.

4, 15, 216. ἀπατασύμβυοι ἦ τ ἥλιον, ὡς ἔθ ἀὐτοῖς, εἰ βάρβαροι) Videndus *Lipsius* ad illud *Taciti* 3 *Hist.* 24, 5: *Orientem solem (ita in Syria mos est) Tertiani salutauere.* In præced. capp. ῥωμαίοις πρέπον ἦ σύνηθες, Sylburgius legit.

p. 217.

p. 217. ὥστε κάμηλοι μάλιστα) Vsum olim camelorum in militia fuisse apud aliquot gentes, *Vegetius* auctor est *lib.* 3. *c.* 23. vbi *Stewechio* notata vide. præsertim vero adeundus est *Herm. Hugo de milit. equestr. lib.* 1. *c.* 5. ἐξοχὰς legit Sylburgius. Mox ῥᾳδίως ἅλιστ' pro ῥᾷστα msc. Schotti.

p. 220. θανάτῳ δ' αὐτῷ πεπυχωμένῳ) *Schottus legendum coniicit*, θανάτῳ τῷ ἀξίῳ πεπυχωμένον, *digna extritum morte. Sed, ne quid dissimulem, glossema esse hoc membrum, innuit declaratiuum* τετέσι. Sylburgius.

IN LIB. V.

5, 1, 221. ἐκ πολύ τι ἐξουσίας καὶ δυνάμεως βασιλικῆς ἀποδείσης) Diximus de potestate ea aliquid supra ad 1, 9, 30. addi iterum potest *Gutherius de offic. dom. Aug. lib.* 2. *cap.* 1 & 2.

κολακείαις ἢ χάρεσιν, καὶ τὰς εἰς ὠμότητα παροξύνουσας) Aliquoties iam monui, dictionem *Herodiani* profunda notabilique philosophia refertam, morumque præsertim notatione insignem esse. Sicut hoc loco adulatorum calumnias, quibus affectus principum incitare consueuerunt, describit. Idem autem propositum tribuit Constantio suo *Marcellinus lib.* 15 *cap.* 15. talesque assentatores siue delatores *tartareos* vocat *c.* 16. Quem *scriptorem* vel propterea nomino, quia *artes illius sycophanticas assentatorum aulicorum* in præcipua parte sui operis deformare voluit.

p. 222. ὅτι δὴ ὀνείδει με ἐκ τῆς ἐπιπάδου τάξεως) Non origine; fuit enim *humili loco natus*, ait *Capitolinus cap.* 2: & demum ad equestrem dignitatem peruenit: *Aurelius Victor* apud eundem *Capitolin, c.* 4. rem totam complectitur: *Macrinum libertinum, hominem prostibulum, seruilibus officiis occupatum in domo imperatoria, venali fide, vita sordida sub Commodo, à Seuero remotum etiam à miserrimis officiis, relegatumque in Africam: vbi vt infamiam damnationis tegeret, lectioni operam dedisse, egisse caussulas, declamasse, ius postremo dixisse. Donatum autem anulis aureis patrocinante sibi liberto suo Festo, aduocatum fisci factum sub Vero Antonino.*

p. 223. τὰ γὲν ἡμᾶς ὤνησεν ἡ Κομμόδε δυλία) Sicut *supra lib.* 1. *cap.* 5 magnifica prædicatione, *successio & nobilitas Principum* laudata est: ita hac oratione, *Electionem & meritorum honorem* diligenti tractatione præfert. Exempla similia passim obuia non annotamus.

5, 2, 224. ὄχ ὅτω ἢ δὲ Φεραινε πάνλας ἡ Μακελίνε Δλαδοχὴ) Itaque in acclamationibus Senatus apud *Capitolin. c.* 2. legimus: *quemuis magis quam parricidam, quemuis magis quam incestum, quemuis magis quam impurum, quemuis magis quam interfectorem & Senatus & Populi.* Congruit *Dio*: ἀγαπητῶς αὐτὸ εἰς τὴν δρχὴν ἐδέξανλο ὄχ ὅπ λὶν δελόσυσιν, ὡς ὑπ' ἐκείνε ἐνθυμέμενοι, ἢ πάνλα λινὰ ἢ τ τυχόνλα αἱρετώτερον αὐτὸ νομίζοντες ἔσεδζ. *libenter illum principem acceperunt, non tam cogitantes, in cuius seruitutem venirent, quam ex cuius tyrannide liberati essent, atque adeo quemcunque potiorem illo fore existimantes.* Subinde pro κατήχελον, Ald. & Basil. κατήχελλον. Et mox *Sylburgius transposito adiectiuo legendum* putat, ἥ τε ῥωμαίων πόλις, καὶ χεδὸν πᾶσα ἡ ὑπὸ Ῥωμ. οἰκυμένη. *In sequentibus* (ita pergit) *deinceps membris nulla opus est mutatione: sed periodi redditio accipienda est post* ἡσυχαζόντων. *Et ne insolens tibi sit nominatiuorum absoluta positio, & surpatum scias ab hoc ipso auctore supra* 1, 13 *p.* 42. *& infra* 5, 4 *p.* 233. *quanquam per prolepsin: Latina quoque ad eam distinctionem sic conformari poterint.* vrbesque ac toto propemodum orbe Romano ab improbis hominibus repurgato; atque horum aliis punitis, aliis expulsis; ceteris, quibus latere contigisset, timore quiescentibus: in magna securitate ac libertatis quadam imagine viuebatur illo anno, quo solus Macrinus imperauit.

p. 225. ἐζήλε ἢ ζωῆ. ὡς δὴ Μάκρε ἐπιτηδεύμαλο) Stolida κακοζηλία, cum etiam id, quod naturæ aut moris vitium haberi debet, exprimere studeant. Sic *Antoninus Caracallus Alexandri Macedonis* imitatorem (vt libro præcedente cognouimus) agens, etiam *truci fronte, & ad læuum humerum depressa ceruice* spectari voluit, teste *Victore in epit.* 21. Subinde pro ζωῆς *Sylburgius* mallet ζωῆρος.

5, 3, 220.

5, 3, 226. Μᾶμαι ἰῶ ἧς ὄνομα.) Quæ hoc capite memorantur, breuiauit *Capitolinus in Macrino, cap.* 9. ita vt agnosci possit: sicut *Casaubonus* pleraque membra cum membris comparauit. Nobis non placet nunc actum agere, in re tam obuia.

p. 227. τῇ ἧ μιωτέρᾳ Αλεξιανὸς) Operæpretium est de stirpe tam Heliagabali, quam Alexandri, quæ sæpe apud Auctores confunditur, videre *Henric. Vales. ad Excerpt. Peiresc. p.* 112.

Σοαμὶς μᾶλλὴ πρεσβυλίᾳ.) Quæ *Herodiano, Soæmis* est, apud *Capitolin. & Lamprid. Semiamira* vocatur. Quam *Eutropius, Symiam Syram* vocat. quam lectionem veriorem esse, existimat *Ioseph. Scaliger ad Euseb. pag.* 213. *Paianius Eutropii metaphrastes* videtur de Seueriano cognomento cogitasse. Legitur enim in editione *Sylburgiana* Συμία Σεβήρα. *Scaliger* legerat ξεηρά: quod & ipsum corruptum mutabat in Σειηρά, vt esset Syriacum סוחרא.

τῇ φοινίκων φωνῇ ἐλαγαβάλου καλοῦντες) In primis illustris est hæc de *Elagabalo* siue *Alagabalo* (quæ forma sc. orientali labio conuenientissima censeri debet) annotatio *Herodiani*: qui hac quoque in parte industriam Historici implere satagit, sicut iam supra in *Deæ Pessuntiæ* fabula vidimus. De numine ipso *vide quæ erudite ad Eusebium magnus Scaliger, ad Lampridium Casaubonus & Salmasius annotauit.* vtar enim verbis *G. Io. Vossii è Theol. gent.* 2, 5 in laudandis iis, qui in hoc argumento omnium primi occurrentes non debent nisi illustri elogio memorari. Quod impertiuit etiam tantis nominibus, cum hac ipsa de re differeret, *Io. Seldenus in Syntagm. 2 de Diis Syris cap.* 1. Quibus adde *Nicolaum Fullerum miscellan. lib.* 1. *cap.* 14.

5, 4, 231. ὡς ἧ ζωτα ἀπηζίλη τῷ Μακρίνῳ) Rutilum ex hoc capite, *Macrini sui decimum caput* descripsit *Capitolinus*: quod in præcedenti etiam acciderat.

p. 232. ἀεθυμίᾳ) *Legendum potius* ῥαθυμίᾳ ex 5, 2 *p.* 225. Sylburgius.

p. 234. τῶν τε ἐκθοντίζεχνι μιχάλη ἀπιθῆ τὸ ὀχήμαζα ἐπιζήγοντων) Vide *Iacob. Gutherium de offic. dom. Aug.* 3, 14. & 15.

p. 235. ἐν καλχηδόνι γῆι τῆς βιθυνίας) Hinc sumsit *Capitolinus ista in Macrino cap.* 10: *fugiens sane Macrinus cum paucis & filio, in vico quodam Bithyniæ occisus est cum Diadumeno.* *Dio* non in *loco* tantum *cædis*, sed in historia etiam Diadumeni variat. vide *Casaub. ad Macrin. & Ios. Scalig. ad Euseb.*

p. 236. συναναιρεθέντα αὐτῷ καὶ τὸν παῖδα, ὃν ἐπὶ τοῖς ποιήσας Καίσαρα, Διαδούμενιανὸν καλέμενον) *Lampridius in Antonino Diadumeno cap.* 2, hunc locum ita perstringit: *Herodianus Græcus scriptor hæc* (quæ ipse de Antonini imposito nomine præmiserat) *prætereiens, Diadumenum tantum Cæsarem ait puerum a militibus nuncupatum & cum patre occisum.* Quasi legisset: ὃν ἤδων ἀ στρατιῶται ποιήσαντες Καίσαρα, Διαδούμενον καλέμενον· quod *Casaubonus* recte monet. De *Diadumeni* nomine vide eundem *cap.* 4. Quod de Cæsaris appellatione tradit *Herodianus*, firmat *Capitolinus in Macrino cap.* 10: *sciendum præterea, quod Cæsar fuisse dicatur non Augustus Diadumenus puer, quem plerique pari fuisse cum patre imperio tradiderunt.* Alludere videtur hunc ipsum *Herodiani* locum.

5, 5, 237. ἐξώρχηθ) an ἐξωρχεῖθ, dubitat *Sylburgius*, qui & ἐξήρχεθ *auspicabatur*, coniicit. Mox Σύρων ὑφέσμασιν verum est, quanquam Politianus Σύρων legit. v. supra 4, 10, 203.

μεθαμφίεσιν τῶν Ῥωμαίων στολῶν) Pertinet huc quod supra de Macrino legitur 5, 2, 225: ὡς ἦν τε πέρπας καὶ ζωστῆρα χρυσῷ πολλῷ καὶ λίθοις λαμπροῖς πεποικιλμένοις κεκοσμημένον, τὰ βαρβαρικὰ πολυτελείας ὄντα μᾶλλον ἢ τὰ Ῥωμαίων στρατιώτας, ἐκ ἐπαινεμένης, βαρβάρῳ δ' μᾶλλον καὶ θηλυπρεπῆς εἶναι δοκοῦσα. *Incedebat cum fibulis ac baltco aurati is gemmatisque: qui luxus minime Romano gratus erat exercitui, certe qui eum barbaris putant feminisque congruentiorem quam Principi.* Vel unum Magni Alexandri exemplum monere Principes possit, quantum vestitus insolentia & peregrinitas, odii concitare soleat apud gentes cordatiores moribusque patriis amicas.

p. 239. νεῶν τε μέγιστον καὶ κάλλιστον καθασκευάσας) Vide *Lampridium in Heliogab.* 3.

5, 6, 241.

5, 6, 241. μετ' ὀλίγον χρόνον ἀπεπέμψατο) Cornelia Paula fuit, quam repudiauit non aliam ob causſam, quam quod maculam haberet in corpore. *Dio.*

Ἀποστάσας αὐτὸν τῆς Ἑστίας *Dio* plane cum Noſtri narratione congruens, *Aquiliam*, inquit, *Seueram duxit, aperte ius fasq; violans: quippe Veſtæ ſacerdotio conſecratam probro & impietate contaminauit; neque dubitauit dicere: Feci hoc, ut ex me Pontifice & illa ſacerdote digna diis ſoboles naſcatur. Lampridius* illis verbis meminit: *In virginem Veſtalem inceſtum admiſit.*

p. 242. εἰ μὴ ὅτε πνεῦμα κατεφλέχθη ὁ νεώς) *Supra lib.* 1 *cap.* 14 *p.* 4.

Οὐρανίας τὸ ἄγαλμα μετεπέμψατο) Recte ſe habet quod de *Luna* ſequitur. Sed & *Aſtarte*, ex *Hebr. Aſtaroth, a Luciano (lib. de dea Syria)* de *Luna* explicatur. Græci, vt videmus apud Noſtrum, aliqua ſimilitudine litterarum ducti, corrupere in ſui idiomatis vocem Ἀστροάρχην *quaſi reginam ſiderum aut cœli* vocantes. Vide omnino *G. I. Voſſii Theolog. gentil. lib.* 2. *cap.* 21 & 24. Itaque non opus erat, vt vir doctiſſimus *Petrus Faber* (cuius diſſertatio de hoc *Herodiani* loco lectu digna eſt) *lib.* 3. *ſemeſtr. cap.* 1. expungeret τὴν Ἀστροάρχην & Ἀστιέρτην reponeret. *Herodianum* enim ita ſcripſiſſe, nullum eſt dubium: quippe qui Græcos hic ſecutus eſt; cum & *Orpheus* Ἀστράρχην vocet Lunam. Adi *Nicol. Fullerii miſcellan. lib.* 1 *cap.* 13. Videmus enim, quamuis de *Aſiis* & *Phœnicibus* loquatur *Herodianus*, tamen Græcas illum voces attendere; quod de *Vrania*, quam Latini *Cæleſtem* vocarunt, ſatis clarum eſt. *Quid* enim *Cæleſtis, præter Vraniam? Quid Vrania, niſi cœli regina, id eſt, Baaleth-Shamaim, Luna, Aſtarte?* Sunt hæc verba *Io. Seldeni* Syntagm. 2 *de diis Syris, cap.* 2. vbi plura huc ſpectantia.

χρήματά τε πάμπολλα τὴν θεὸν εἰς προῖκα δῆθεν ἐπιδώσειν ἐκέλευσε) Exemplum tale nequitiæ in *Dione* 48 *p.* 434. ſegimus. Cum enim Antonius pro Bacchо ſeſe venditaret, & Athenienſes infelici adulatione *Mineruam ſuam*, Deo ſcilicet Deam deſponderent, accipere ſe matrimonium, dixit; dotisque nomine, quadragies ſeſtertium exegit.

p. 244. ἐρρίπτει τοῖς ὄχλοις σπουδάς) Late isthæc deliniendi dicam an decipiendi vulgi commenta exequitur *Lampridius*. In præced. *Sylburgius* mallet ἀνιών τε ἐπ' αὐτούς.

5, 7, 246. Αλέξανδρος καλεῖ) ὑπὸ Βοσπορηνοῦ αὐτῷ τῷ πάππῳ ὀνόματι εἰς τὸ Μακεδόνος &c. Vide *supra* 4, 8.

p. 247. ἡ ὃ μήτηρ αὐτῷ ἡ Μαμμαία ἀπῆγε μὲν τῶν ἀνόρων) A *Nicephoro Callisto lib.* 5 *cap.* 17. laudatur hæc femina: ὧν γὰρ ἡ γυνὴ θεοσεβὴς μᾶλλον καὶ τὸν τρόπον εἰκὼς ἥκιστα μάλιστα ὑλαβής. *Pia erat mulier & moribus castis modestisq;*. Etiam Origenem ad se acciuit, ab eoque Christianam religionem edocta est. Hæsit tamen auaritiæ labes: quæ ipsam cum filio perdidit.

διδασκάλους τε παίσης παιδείας λάβρου μετεπέμπετο) *Lampridius in eius vita cap.* 3: *Alexander, cui Mammæa mater fuit (nam ita dicitur à plerisque) à prima pueritia artibus bonis imbutus, tam ciuilibus quam militaribus, ne vnum quidem diem sponte sua transire passus est, quo se non & ad litteras, & ad militiam exerceret.* Subtexit deinde syllabum præceptorum eius.

p. 248. καὶ τοῖς μὲν στρατιώταις ἔπαρχον) Descripsit hæc, vt solet, *Ioannes Antiochenus*. ad quem, *in excerptis Peiresianis Henricus Valesius*, *Politiani* versionem reprehendit, & aliam merito substituit: *Quippe cohortibus prætoriis saltatorem quendam præfecit: alteri item è scena præfecturam morum, & legendi senatus ac recognoscendi turmas equitum Rom. potestatem mandauit.* Ponendum hoc est in næuis optimæ alias & incomparabilis versionis. De re ipsa vide *Lamprid. in Heliogab.* 11. 12. 15. 20.

5, 8, 249. ἐπιβρησιθείας δίνων τὰς γνώμας πρὸς τὸ Αλέξανδρον εἶχον) Adeundus est *Lampridius in Heliogab.* 13. 14. 15. 16.

ὀψοποιοῖς τε καὶ οἰνοχόοις) Vide supra 4, 4, 184.

p. 250. φύσει τε χαύνῳ τὸν τρόπον ὄντος) *Supra* 5, 7, 245 κῶφον καὶ ἄφρονα νεανίαν vocauerat. Mox, pro ἃ ἐβούλετο *Schotti msc.* & Polit. legunt, ἃ ἐβούλετο, quæ volebat, annotante Sylburgio.

p. 252. ἀπερρίφθη εἰς τὰς ὀχείας εἰς τὸ θύβριν ποταμοῦ ῥέοντος)

ρέοντας) Vnde nomen *Tiberini* & *Tractitii* post mortem eum infamauit. *Lamprid.* 17 & 33. itemque *Victor. epit.* 23. In præced. pro, κατελήφθησαν A. & B. κατελείφθησαν, *relicti erant*.

p. 251. Pro τοῖς λαμβαν. *Sylburgius* coniicit συλλαμβανομένοις.

IN LIB. VI.

6, 1, 253. ἑκκαίδεκα ἐπιλέξαντο συνέδρους εἶναι & συμβούλους τοῦ βασιλέως) Adde mox p. 254. Comparat huc *Casaubonus*, *Consilia Augusti semestria*, de quibus *Suetonius* 35. scilicet, ad effigiem temperatæ beneque compositæ monarchiæ ista adornabantur. Nulla enim Principatus forma gratior est, quam quæ aliquam ἀριστοκρατίας speciem admixtam habet. Eximia sunt exempla præsertim *M. Antonini Philosophi* apud *Capitolinum* 22; & nostri huius Alexandri, cuius consiliarios & amicos recenset, illorumque præsertim virtuti felicitatem temporis & imperii adscribit, *in vita eius à cap.* 65 *vsque ad finem*. Quæ dissertatio veluti commentarii loco esse nobis potest. Inter eos principis consultores eminebat *Vlpianus*, vir non iuris tantum peritissimus, sed omni prudentiæ instrumento adornatus, quem etiam ad secretissima quæque solum admisit. *Neque vnquam*, ait *Lampridius cap.* 31, solum quemquam nisi præfectum suum vidit (id est, admissione interiori honorauit) *& quidem Vlpianum, ex assessore semper suo, caussa iustitiæ singularis. Cum autem alterum adhibuit, & Vlpianum rogari iussit. Atque ideo* (ait *Idem Historicus cap.* 51) *summus imperator fuit, quod eius consiliis remp. rexit*. Quod propterea adiicio, vt non tantum compluribus bonis viris opus habere Princeps intelligatur ad bene consulendum imperio, sed etiam illa felicitas seorsum obseruetur, si quando *Vlpianus* principi contigerit, id est, si adiutor præcipuus onerum negotiorumque principalium (nam *vno aliquo tali* opus habere Principes, obseruat *Velleius* 2, 12, *ipse* vir Prudentia & virtute iuxta magnus, neque doctrina magis quam sanctitate morum præcellens.

τὸν ἀ-

τὰ ἀγάλματα θεῶν, ἄκων ἔτυχεν ἐκεῖνος κινήσας) Vide *Lamprid. in Heliogab.* 3 & 6.

p. 254. τὴν δεδοικυῖαν μὴ ἄρα ἡλικία ἀκμάζουσα, ὑπηρετέοις ἀδείαις) Plane ad similitudinem historiæ & prudentiæ supra descriptæ 1, 3, 6 hæc congruunt.

προκαλεσαμένων αὐτὸν τῶν ἡλάκων ἐκ ὀρέξεις ἀκμαζούσας) Talis adulatio *Luciano (in lib. de non cred. calumn.)* est κολακεία πρὸς τὸ πάθος ἐπήρτυσε συνιθισμένη, *ad affectum aetatis sc. aut ingenii aut conditionis noxio artificio accommodata.*

p. 255. ἀναιμωλὶ ἤρξεν) Reperitur *fine huius lib.* 2: ἀμέμπτως καὶ ἀναιμωλὶ *sine querela hominum & citra sanguinem imperasse Alexandrum. At Lampridius* semel perstringere videtur hanc assertionem *cap.* 25: *Huius imperium incruentum quidam litteris tradiderunt, quod contra est. nam & Seuerus est appellatus a militibus ob austeritatem, & in animaduersionibus asperior in quibusdam fuit:* sed *cap.* 52 interpretatur & explicat: *ἀναίμακτον imperium eius, cum fuerit durus & tetricus, idcirco vocatum est, quod Senatorem nullum occiderit, vt Herodianus Græcus scriptor refert in libris temporum suorum.* Ita quidem Lampridius: in hodiernis autem codicibus Herodiani nihil de *Senatoribus* extat. Existimat *Casaubonus*, legisse eum: ὃ δὲ λοιπὸν εἰπεῖν ἔχει ὑπ' ἐκείνου βασιλικὸν φονευθέντα. Vox βασιλικὸν, vt cœpimus dicere, hodie desideratur. Reponendam esse, possit aliquis existimare: Quod non videatur Herodianus tam indefinita locutione vti voluisse, vel ambiguitatis vitandæ gratia: cum præsertim sequentia certum genus hominum subindicent, cum addit; καίτοι πολλῶν μεγίστας αἰτίας ὑποπιπτόντων, ὅμως φείσασθαι μὴ φονεῦσαι. Sed tollitur hæc opinio per ea quæ mox amplius repetuntur. ὑπ' Ἀλεξάνδρου δ' ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν ἔχει ἢ μνημονεῦσαι, ἐν ἔπεσι ποσὶ τοῖς ἀκεῖτος φονευθέντα. Vbi satis indicat Herodianus, quomodo superiora, & quod de incruento imperio dixerat, intelligi debeant, nempe ad ἀκείτους φόνους, ad iniustas cædes libidinique Principis datas omnia referenda esse. Dubitaui olim, an hæc ipsa repetitio satis commode, & pro cetera Herodiani concinnitate, se haberet, visumque est credibile, illa priora, ὃ δὲ λοιπὸν εἰπεῖν ἔχει

ὑπ'

ἐκεῖνος φονολθίνλα, adscripta & ex proxime sequentibus huc translata esse, à quodam, qui forte in margine voluerit explicare, illud: ἀναμωλὶ ἦρξεν. Sed facile largiar, ἐπιζευξεως causſa, vt in re admodum memorabili, repetitionem tam properam, neque nimis vsitatam eleganter scribentibus, admissam esse.

ὁρῶν αὐτὴν ἴσαν φιλοχρήματον) vt supra diximus, egregiæ cetera mulieris hæc infamia fuit: congruitque loco *Nicephori* ante laudato, *Lamprid. in Alex. Mam.* 14. fi. *mulier sancta, sed auara & auri atque argenti cupida.*

p. 256. βασιλικὰ θέλουσα εἶναι μόνη) Talis æmulationis exemplum inter mulieres describit *Noster* 1,8.

6, 2, 257. τῇ ἢ ποσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει) *Alii* XIII tradunt.

p. 258. στρατηγικὸν κλῆμα ἡγεμόνος) Vide *Grot. de iur. b. & pac.* 2, 4, 2 & 7. itemque *Freinshemii Noſtri not. ad Flor. l.* 2, 4, 1. similes sunt eiusmodi homines bellorum causſas vndecunque corripientes *Lupo*, qui cum apud *Phædrum lib.* 1 *fab.* 1 agno obiecisset; *ante hos sex menses maledixisti mihi*, agnusque respondisset, *equidem natus non eram*,

Pater hercle tuus, inquit, *maledixit mihi.*

p. 259. τὰ ἐπικείμενα τραπέσθαι τῆς ὄχθης ἢ πολεμίων, στρατιάζοντά τε τ' Ῥωμαίων ἀρχῆς) Interpetabitur hæc ipse *Herodianus*, si conferre lubet 2, 11.

p. 260. μετὰ γὰρ Δαρεῖον) Memorabilis egressio historica de Persarum imperio, quam descripsit *Zonaras t.* 2 *in Alex. Mam.* Paulo ante κρατήσουσα positum pro futuro, κρατήσασα, vt supra sæpius, Sylburgius notat.

6, 3, 261. κίνησις ἢ μεγίστη) *Sylburgius*: rectius κίνησίς τε μεγίστη πᾶσι τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγένετο, δυνάμεως ἰσορρόπου ἀμφοῖν.

6, 3, 262. χρὴ δ' ἄνδρας γυναίους τε καὶ σώφρονας οὔχεσθαι μᾶλλον) *Andreas Schottus lib.* 3 *obseruat.* 13 etiam hic agnoscit imitationem *Demosthenis ex orat. de corona.*

Ἀλεξίξης ἀνὴρ Πέρσης) *Dionem* vide *in Alexandro*: & *excerpta Peiresiana p.* 768. quosque ad Lamprid. notauit *Casaubonus* p. 173.

6, 4, 264

6, 4, 264. τὰ ὅπλα τὸν πόλεμον ἐξήνεγκε) Curam eius in apparando bello regendaque seuere disciplina vide apud *Lamprid.* 53, 54 *&c.*

p. 265. εἶτα δὲ αὖθις Περσῶν ἀφηγησάμενος κλήμασιν) sicut *supra cap.* 2.

p. 266. εἰς φρυάγμα ἐξέπεμψεν) Refert hoc exemplum ad Legatorum in edendis mandatis contumeliosam immodestiam, *Fredericus de Marselaer in Legati sui lib.* 2 *dissert.* 33. Quod an satis recte faciat, ideo dubitari possit, quia hanc formulam legationis edendæ à suo Rege acceperant: vnde *Herodianus* mox ait, non esse grauius quid in eos consultum, quippe τὰ κελευσθέντα ὑπὸ βασιλέως διαφόρα ἀγγέλλοντες, *qui a Domino suo in mandatis data nuntiassent:* Clarum est, voluisse Alexandrum legatorum sanctimoniam siue sacra legationis, vt vocat *Tacitus*, attendere, & domino tamen legationis imperiosam insolentiam exprobrare.

6, 5, 267. ἐς λαυθάνοντα πολεμίων ἐκείνων μέρη ἀφ' ὧν ἐκβολαί) Vt hæc rectius intelligantur, legendus est *Strabo lib. præsertim* 11 *&* 16. Latere dicuntur ἐκβολαὶ horum fluminum propter paludes quibus intercipiuntur, & illa quasi damna, quæ patiuntur; donec in rubrum mare exeant. Ita enim, præter eos qui ex professo hoc agunt, *Curtius* 5, 1, 15: *Tigris & Euphrates per Babyloniorum fines in mare rubrum erumpunt. & Iosephus antiq. Iud.* 2, 2. διὰ ῥεύματος ἢ καὶ πάροδος εἰς τὸν ἐρυθρὸν καλούμενον θάλασσαν. Adde *Io. Gulielm. Stuckii scholia ad Arriani Periplum maris Erythræi p.* 55 *&* 59. Paulo ante, pro, αὖθις τὰ ἔλη μέρη *Schottus* leg. censet, τὰ ἕλη.

ἃ δὴ δὶ μισθοφόροις χεῶντες) Dictum est supra, ad 3, 1, 120.

p. 270. ἔνθα λέγουσιν οἱ Ἀλέξανδρον) At *Lampridius* quantum differt? qui Alexandrum vicisse Artaxerxem; bonique non tantum ducis sed & militis officio functum esse, Romam rediisse, triumphasse, tradit, adductis in eius rei fidem *actis Senatus*; aliisque monumentis, *in Alexandro Mam. cap.* 55. *& seq. Adeo maxima quaque ambigua sunt, dum alii quoquo modo audita pro compertis habent; alii vera in contrarium vertunt; & gliscit vtrumque posteritate,*

tare, vt hic illud *Taciti* ex 3 A. 19. 3. non sine causſa; adhibeam. *Lampridium* tuetur, vt cœpi dicere, auctoritas publica, dum ex actis senatus quædam ad verbum excerpsit; itemque consensus plurium. At *Herodiani* longe illustrior est in omni historia & industria & sollertia, vt non credatur temere hic acturus fuisse. qualem suspicionem neque ipse narrationis contextus admittere videtur. Possis existimare Alexandrum non sine ingentibus damnis, de quibus Herodiani historia testatur, vicisse Persas; sed victoriam in maius auctam studio aulicorum, dissimulatisque incommodis magnifice deprædicatam esse, sicut in bonorum & amabilium Principum historia fieri solet: plane vt ex diuerso, inuisum publice Principem seu bene seu male facta premunt. Confer, quæ *Herodianus cap. sequentis fine* memorat: neque erit causſa dubitandi, præsertim cum *Lampridius* sæpissime aberret in vero de rebus iudicio, & interpretanda aliorum historia. Herodianus enim non negat damna Persis illata: quinimo studiose ostendit, & argumentis confirmat.

6, 6, 272. νόσῳ, πολέμῳ, κρύϊ) *Lampridius* 67: *nam & amisisse illum exercitum dicunt: fame, frigore, ac morbo, & vt Herodianus auctor est contra multorum opinionem. Casaubonus* ad h. l. ita interpretatur Herodianum: *Vnam partem in locum iniquum deductam, cum pugnare non posset, Persarum sagittis confixam interneccione deletam; alteram partem morbo extinctam; tertiam denique partem frigore* ἐν ὄρεσι διαφθαρῆναι καὶ ἀκρωτηριασθῆναι ἐκ τῶν λίγυος ἐν δυσχειμέρῳ χώρᾳ. *Idem qui Lampridium* notat, quod pro πολέμῳ legerit λιμῷ.

6, 7, 274. ὃς ἅπαξ διαλυθεὶς ἐ ῥᾳδίως ἀθροίζεται) Mutuæ explicationis causſa conferenda sunt hæc cum superioribus *cap.* 5.

p. 277. ἐν πηδίῳ χειμερίῳ καθιππάσονται) Prorsus congruit huic loco illud *Claudiani* de Rheno & Danubio: *bella Getic.* v. 3, 8:

Ambo habiles remis, ambo glacialia secti
Terga rotis, ambo Boreæ Martisque sodales.

p. 278. ὑπήκοος μᾶλλον τοῖς στρατιώταις ἐστὶν) Notauimus supra ad 1, 6, 19.

6, 8, 279.

6, 8, 279. πρότερον μὲν ἐν παιδὶ ποιμαίνων) Confer *Capitolinum in Maximin.* 2, & 2, &c.

p. 280. ὡς ὑπὸ τ τε μητρὸς δεχόμενον) Quo schemate calumniæ mox ipse Maximinus cap. 9. μεροφάντιον μικρὸν μητρὶ δελεόν vocat.

p. 279. ἐπίσηοτ πάσῃ τῇ στρατιωτολαῖ) Prolixe de hac præfectura eiusque administratione *Capitolin. in Maximin.* 5 & 6. confer *Vegetium de exercendis tyronibus* 1, 9 usque ad 20.

Ὃ μὲν παρὸν τ δεχῆς βαρὺ ἀεὶ μῆκ ἐξουσίας ἠγέμοσι) Hæc cupiditas rerum nouandarum militum animis per largitiones illas immodicas, de quibus aliquotiens iam monuimus, conciliata est: erupitq; in perpetuas principum lanienas. Quæ res breues scilicet sequentium Principatus fecit. Vnde *Lampridius in Alex. c.* 64: *Hactenus imperium populi Romani eum principem habuit, qui diutius imperaret: post eum certatim irruentibus; & aliis semestribus, aliis annuis, plerisque per biennium, ad summum per triennium imperantibus, usque ad eos principes qui latius imperium tetenderunt, Aurelianum dico, & deinceps.* Neque breues modo Principatus hinc effecti, sed etiam indignis imperatoribus fœdati sunt: dum milites nihil nisi pecuniam spectant aut sperant. Quam in rem eximia est *egressio Aurelii Victoris in Cæsarib.* 24.

p. 280. εἴτε ὃ λάθρα ἔτ προκαθεσκευάσατο) Quod eo verisimilius fit, quia ingens odiū aduersus Alexandrum postea ostendit: cuius scilicet iram senserat, cum in expeditione Persica commissam sibi exercitus partem turpiter perdidisset. id quod *Zonaras* annotatum reliquit.

6, 9, 283. ἀμέμπτως βεβιώκεσαν) Supra 6, 2, 257, & *infra libri fine.* Principio paginæ pro προσῆσι Schottus cum Pol. mauult προσῆσι, *accedit, aduentat.* Sylburgius.

p. 284. αὐτοκράτωρ τε ὑπὸ πάντων εἶναι & ἀναγορεύεται) *Capitolinus* 8: *Maximinus primum à corpore militari, & nondum senator, sine decreto Senatus, Augustus ab exercitu appellatus est. Casaubonus* legit *primus.* vt cum *Victore* congruat, *qui in Cæsarib.* 25. scribit: *primus è militaribus, potentiam cepit suffragiis legionum.* Non dicunt

dicunt primum *à militibus* creatum imperatorem (nam id arcanum; imperatorem posse ab exercitu principem fieri, maximo cum damno reipublicæ iamprídem vulgatum erat, confer *Tacit.* 1 H. 4, 2. & 2 H. 76, 7) sed *primum è militaribus*, necdum senatorem.

ὁι ἐ ἀφικόμενοι τῇ ἐπιπηδήσαντες τῇ σκιλῇ) Vide paulo aliter hunc exitum Alexandri memoratum *Lampridio* 61 & 62.

p. 285. εἰ μὴ διεβέβλητο ὠμότητι τὸ μητρὸς εἰς φιλανθρωπίαν) Iam aliquoties supra hoc annotauerat. Et tulit quidem filius ista, *matris cultu plus quam pius*; vt eleganti schemate *Victor in Cæsarib.* 24. ait. Vide, si lubet, quæ notauimus ad *Tacit.* 1 A. 10, annot. 14.

IN LIB. VII.

7, 1, 286. ἀσθενοῦν ἐποιεῖτο δ' ὠμότητι τὸ δόγμα βεβαιῶσαι) Erat enim ei persuasum nisi crudelitate imperium non teneri. *Capitolin. in Maxim.* 8. qui toto illo libro *Herodianum* nostrum πόδα sequitur; neque tes modo inde, sed ipsas nobiliores sententias transscribit. Quod statim ab initio monendum duxi: nam singula deinceps loca comparare non est animus: præsertim cum id satis diligenter fecerit magnus vir, *Isaacus Casaubonus ad Capitolini Maximinos.*

ὃν δὴ ποιμάνων ἐν τοῖς Θρακίοις ὄρεσιν) Habuimus *supra* 6, 8.

p. 287. ἐκ στωμυλήσεως σύμφυτος κρείττονα) *Zonaras* t. 2. p. 226: τὸν δίκαιον δ' οἶον ἐπικαλύπτων δυσχύσεων, τὰς μὲν ἀδοκήτους ἠμύνατο, ἀσθενοῦς ἐ τὰς ἐξ ἀφανῶν. *Velanda fuit ignobilitatis ergo nobiliores despexit, ex obscuris autem plerosque sibi familiarius admouit.*

ἐπ' ἐ μᾶλλον αὐτὸν εἰς ὠμότητα παρεκάλεσαν) Scilicet *ferarum more, quæ vulnerata magis exulcerantur*; vt hoc cum *Capitolino* è *Maximin. II.* dicam. Exemplum *supra* habuimus in vita *Commodi* 1, 8.

Μάγνου δὲ ὄνομα) *Capitolinus* memorauit, cap. 10.

p. 288. ἀφ' ὑμῶν μέχρι σοῦ) Ita mox *sub finem*

capitis, μέγιστος τὸ σῶμα dicitur. *Erat enim magnitudine tanta, vt octo pedes digito* (siue *VI digitis*, vt bene corrigunt viri docti) *videretur egressus*, inquit *Capitolinus c.6. & in Maximino Iuniore cap. 2; Erat Maximinus pedum vt diximus, octo & prope semis.* Intellige *pedem Italicum*, qui constat *XIII digitis cum triente.* Staturæ vsitatæ quis modus fuerit, monstrat apud *Vegetium Marius* (1, 5) *qui proceritatem virorum exegit, ita vt senos pedes vel certe quinos, & denas vncias habentes inter alares equites, vel in primis legionum cohortibus probarentur.* Vide *Casaub. ad Sueton. Tib.* 68.

διὰ τὸ Ἀλεξάνδρου μίμησιν) Propter ea, quæ *infra* notabimus, hic monendum est, *Herodianum* non tam suum iudicium de Alexandro, quam Maximini, referre. Quanquam reuera non video, quomodo Alexander plane possit hac nota negligentiæ cuiusdam & cunctationis in bello Germanico liberari.

p. 289. εἴπερ ὑπὸ δὲ μοχθηρίας συσκιάζοιτο) *Capitolinus* 10: *Et istam quidem factionem Maximinus ipse finxisse perhibetur, vt materiam crudelitatis augeret.*

Κυκρῆνος ὄνομα) *Tycum* vocat *Capitolinus* 11. *Trebellius Pollio in* 30 *tyrannis c.* 23, *Titum* appellat, prouocatque ad *Herodiani* testimonium. Sed addit postea: *Nec mireris tantam esse varietatem de homine, cuius vix nomen agnoscitur.* Vnde probabiliter censet *Cl. Salmasius*, nomen viro fuisse *Titi Quartini*: quod, vt fieri solet, Græcus *Quartinus*; Latini, *Titi* vocabulo, loco integri nominis scilicet, extulerint. *Idem*, qui in Capitolino *Titum* pro *Tyco* reponendum censet. Ita nil opus erit emendatione qua *Casaubonus* corrigit hunc Herodiani locum in notis *ad Capitolin.*

7,2,291. μᾶλλον δὲ οἱ ἀκριβεῖς τῶν Γερμανῶν μάχας ἀπηγόροι) Adde *supra* 6,3,277. Paulo ante iudicio *Sylburgii* distinctio post πάμπολλον ponenda, vt πολεμῶν ad sequentia pertineat.

p. 292. ἐυμαρείᾳ γὰρ τὸ πᾶν ἐπινέμει) πάς τε πέλεις αὐτῶν) Vide de istis habitationibus Germanorum, *Cluuerium in Germ. antiq. lib.* 1 *cap.* 13, vbi hunc ipsum *Herodiani*

diani locum explicat, eumque, inter alia reprehendit, quod Germanis πόλεις, *Vrbes* tribuat. Quæ reprehensio fortasse subtilior, quam verior est, cum vox πόλεως in eas angustias non sit redigenda, neque tam facile, sicut ipse opinatus est, *Ptolemæi* quoque auctoritas reiiciatur.

p. 293. τῶν ἢ ἀΐχιβαφῆς τῶν ἑλῶν Ῥωμαίοις μὲν δι' ἄγνοιαν) Possis reddere verbis Taciti è 1 A. 63, 3 *palus gnara vincentibus, iniqua nescius.*

εἰσὶ ἢ κὴ ὡς ἐς τὸ νήχεσθαι ἐπιχωμιασμένοι) Vnde *infra* 8, 4, 542 ostentare artem natandi cupiunt, apud Aquileiam. Vide *Philipp. Cluuer. German. antiq.* 1, 18. In fine paginæ, *post* Ῥωμαίων μὲν *desideratur numerale adiectiuum* πέλθν, τέταρθν, *aut indefinitum* συχνὸν, *vel aliud consimile.* Sylburgius.

p. 294. γεγόνασι ἢ κὴ ἑτέραις συμβολαῖς) *Capitolinus* 13 (qui & hæc & pleraque, vt supra monuimus, describit ex Herodiano) *plura bella* dixit, abusus voce bellorum pro ipsis præliis.

ἐν τε Ξιφιλίνου Διοκλητιάνων τῇ μεγίστῃ ἐκεῖ πόλει) Ibi Palatium & curia Principum. vide *Iacob. Guther. de offic. dom. Aug.* 3, 12.

κὴ ποιήσειν ἔμελλεν) *Capitolinus* 13 hæc non sine nota & reprehensione exscribit: *quod fecisset, si vixisset, vt Herodianus dixit Græcus scriptor, qui ei (quantum videmus) in odium Alexandri plurimum fauit.* Sinistrum hoc & absurdum de Herodiano iudicium esse; iam *Casaubonus* ad illum locum animaduertit. Scilicet *minuscule* illi scriptores (vt ipsorum nunc stilum imiter) sicut congestione rerum historiam illorum temporum deficientem vtiliter sarcire putandi sunt, ita ab iudicii ciuilis grauitate & artibus historiæ, mirum quantum, absunt. *Herodianum* fauere Maximino, odisse Alexandrum, nemo ex eius historia vel lynceis oculis deprehenderit. At quod Maximini, quem in omni narratione grauissime detestatur, laudem militarem, qua vna præcellebat, non tacuit; itemque Alexandri, quem optimi principis elogiis constanter honestat, quædam secius quam opus erat gesta annotauerit: id vero est ab eo vel maxime ex officio Historici factum, quod *Capitolinus* non

intellexit. Considera initium *capitis seq.* 3: videbis quanta diligentia militarem Maximini laudem, à ceteris rebus distinguat: imo eam ipsam, ceteræ infamiæ comparatione deprimat *Noster*.

7, 3, 295. ἄνισός τε ἦν πᾶσι) Descripsit hæc *Ioannes Antiochenus in excerpt. Peiresc. pag.* 833. Nam *Capitolinum*, etiam cum non nomino, intelligi volo. *Zonaras* generatim πάντων τὰ τῶν ὑπηκόων σφετερίζόμενος, καὶ κερκαΐζόμενος πάντοθεν, ἀδὲ τῶν ἱερῶν ἀπέχετο. *Omnia subditorum bona sibi vendicans, undecunque corradebat pecuniam, ita ut ne sacris quidem abstineret.*

p. 296. καὶ ἐπὶ λῃστεί τε ἄνευ ὑπηρεσίας μόνης ὀχήμασιν ἐπιτηδείως) *Scythica vehicula* hic nominat *Capitolinus* 13. vbi *Cl. Salmasius* mallet *sicca vehicula* i. e. *nuda, sine comitatu*; μόνα ὀχήματα.

τὰ δὲ τῶν δυναμενῶν δυκόντων ἢ πλουσίων πλάσμασι) More quodam vulgi cuius exemplum & characterem dedit *Sallustius Catilin.* 37: *Nam semper in ciuitate quibus opes nullæ sunt, bonis inuident, malos extollunt; vetera odere, noua exoptant.* & quæ sequuntur. *Cornelius Nepos in Chabria* 3, 3: *non æquo animo pauperes alienam opulentum intuentur fortunam.*

p. 297. καὶ καπνισμοῦ πόλεως) *Rectius fortasse*, καὶ κάπνισμα ἡ πόλεως. *aut* καὶ κάπισμα τῆ πόλεως. *Et mox ita nomin. casu*, ἡ ὕλη νόμισμα ποιήσαι δυναμένη. *Sylburgius.*

p. 298. ὡς δὴ δ' αὐτὸς ζωῆς πεπόνθοι καὶ Μαξ.) *Zonaras*: ἀλλωμένων ἔνιων μπάντων τὸς στρατιώτας τὸς αὐτὸν βασιλεύσαντας, καὶ ci cum omnes incusarent eos milites, qui illum imperatorem fecissent; res ad seditionem spectare cœpit.

7, 4, 298. ἐπιτρόπευε τῆς Καρχηδονίας χώρας) *Zonaras* de pluribus: οἱ δὲ τὰ Λιβύης πραγμάτων ἐπιτετροποι τὰ ἐν αὐτῇ δημόσια χρὴ ὑπάρχοντα ἐξ ἐδέσμιας δήλου ἀφηρῦντο λαβῆς, καὶ τὰς κεκτημένας αὐτὰ σφισὶ κύριον. *Nam procuratores in Africa opulentiorum pecunias nulla probabili de caussa depradati, ipsos denique possessores trucidabant.*

p. 299. ὃς ἦν δίκην ἢ πιπρασθέντας τὰ δήμου, ἢ παλαιὰν δεδεικέναι) Pertinet ad hoc & sequentia exempla illud *Aristotelis* ἐ 5 *polit.* 3: Διὰ δὲ φόβον τυραννίζουσιν ἔστι ἠδικημένοις δεδίοτες μὴ δῶσι

δεῖσι δίκλω, τῆ οἱ μέλλοντες ἀδικεῖας, βελόμενοι φθάσαι πρὶν ἀδικηθῆναι. *Insurgunt ob metum partim qui iniuriam fecere, timentes ne commissa luant; partim qui metuunt iniuriam, volentes scilicet praeuenire potius eos quos timent, quam affligi.* Confer quod *cap. seq.* principio dicit Noster de desperato Iuuenum post admissam cædem consilio p. 300 & 303.

7, 5, 301. ὥσπερ κατ' ἀνδρείαν, ἐπὶ ᾧ ἐλήφθη) Ita *Trebellius Pollio de Valeriano patre c. 1: Valerianus censor antea, & per dignitatum omnes gradus suis temporibus ad maximum in terris culmen ascendens, cuius per annos 70 vita laudabilis in eam conscenderat gloriam, vt post omnes honores & magistratus insigniter gestos, imperator fieret.* Exemplo scilicet, cui Gordianus comparari meretur: de cuius dignitatibus, laudibusque per gradus honorum & gloriæ partis, vt & de delato imperio prolixe *Capitolinus in Gordiano primo à c. 3. vsque ad 9.*

p. 303. *Si verba ἀπαλλάξις & ἀδοκιμήσις in nomina ἀπάλλαξις & ἀδοκίμησις transmutentur, accusatiuo πάθη in genitiuum πάθης verso, membrorum quidem maior efficietur cõgruentia, sed phrasis reddetur insolentior. Politianus ἀπαλλάξις ad vtriusq; membri accusatiuos μῖσος & πάθος retulit, & τὸ Μαξιμίνε μῖσος seu μῖσος pro τὸν τυραννικὸν Μαξιμῖνον accipit, sententia quidem non male conueniente, sed minus cohærente structura. Mutilationis suspicionem aliquam mouet, quod articulus τὸ, τε legitimam in sequenti membro redditionem non habet.* Hæc Sylburgius.

p. 304. βασιλικῆς ἡμᾶς χὴ τελεύτησαι) *Capitolinus: maluit honestas causas habere moriendi, quam dedi vinculis & carceri Maximini.* Vt fieret illud: καλὸν ἐπιθάνειν ἡ τυραννίς.

7, 6, 305. ὅ τε Γορδιανὸς χαλκιμιβίῳ τε πάμπολυ ἐκπέμπει) Hæc omnia ad verbum fere *Capitolinus in Gord. 9.* idem, qui *in Maximino patre c. 16.* litteras ad senatum αὐτολεξεὶ refert.

p. 307. βέλεσι χὴ ἁλῶναι αὐτὸν ἐλαίπρεον) Compara dolum Seueri aduersus Albinum *supra* 3, 5.

7, 7, 309. τὸ κρυπτὸν σφέτερον ἀφ' φόβου μῖσος)

Vide schema eiusmodi odii erumpentis post mortem Domitiani, figuratum *Plinio Panegyrista* 52. *& Nazarius pan. Const. in tin. c.* 32: *Nihil est immoderatius*, inquit, *quam post longam tristitiam recens gaudium: impetu suo feruet; nec vt primum liberum, continuo defecatum, stratum purum est. nam vt fistulæ cum diu intercepta sunt, exitu dato, quo largiores eò crassiores aquas euomunt, sic vota hominum metu intercluſa turbide aliquid egerunt, cum cumulata eruperunt.*

ἥπτε σύλληψις σωτελεῖσθαι) Vide *Capitolin.* 15 & 16 *in Maximino.* Idem *in Gordian. SCtum tacitum* factum ait; eaque occasione de origine & more *SCti Tacit.* egressionem interserit.

ἐπιβαίνοντές τε οἰκήσιν) *pro* τε *aptius* subſtituemus articulum τῇ; *Sylburgius.*

p. 310. χεράμβῳ τε ἐπὶ πίνῳ) Exemplum litterarum descripsit *Capitolinus in Maximin.* 15.

Mox τὸ, βηλόθυρον, quod etiam agnoscit A. & W. ferri posse putat *Sylburgius*, hac sententia; *iis qui communi patriæ & senatorum consessui consultum cuperent.* Sed tunc pro τῇ aptius legeretur τοῖς. alioqui legi etiam posset, καὶ τοῖς ἐν συνεδρίῳ βηλόθυρον. Ita addit.

7, 8, 311. ὥστε ποιεῖτό τε αὐτῶν καὶ φρονεῖν) *Capitolinus* longe diuersa memorat in *Maximin.* 17. *Vbi hoc SCtum Maximinus accepit, homo natura ferus, sic exarsit, vt non hominem sed bellnam putares. iaciebat se in parietes, nonnunquam terræ se prosternebat: exclamabat incondite, arripiebat gladium, quasi natum posset occidere, conscindebat vestem regiam; alios verberibus afficiebat: & nisi de medio recessissent (vt quidam sunt auctores) oculos filio adolescentulo suffulsisset.* Repetit ista *in Gordian. c.* 13.

p. 312. ὥσπερ φυλάττεσθαι ἦν πάντων ἓ μόνον τὸ λαὸ φωνῆς) Perstrinximus istum immanitatis tyrannicæ characterem ad *Tac. A. 7 annor.* 10.

ἐξ ἀναγνώσεως ἐλεξε πολλὰ) *Capitolinus in Maxim.* 18 breuem & *militarem*, vt vocat, concionem describit. *Herodianus ingenio amicorum formatam* orationem asserit. qui mos apud Principes inde à *Nerone* manſit. nam hunc primum

mum indiguisse aliena eloquentia *Tacitus* auctor est 13 A. 3. Vide omnino *Iacob. Guther. de offic. dom. Aug. lib. 1. cap. 20.*

p. 313. ὥσπερ οὖν πομπῆς παίζουσι βασιλέως) *Dionis Chrysostomi* locus *ex orat. 4. de regno* huc pertinet: ὁδὶ γὰρ τῶν παίδων ὁ ἱκέτης, ὅταν παίζωσιν, ὡς αὐτοί φασι, βασιλεὺς, τῷ ὄντι βασιλεύς ἐστι. *Neque enim puerorum is, qui lusit, cum regem (ita enim vocant) ludunt, reuerè rex est.* Vide *Meursii Græciam ludibundam.*

p. 314. ἱκετηρίας θαλλὸς) Sylburgius: *fortasse* auctor scripsit ἱκετηρίας θαλλάς. In seq. certe structuræ lex postulat hanc lectionem, τὰ τέκνα ἀσθενέστερα, ὑποφόβους αὐτοὺς τ.

7, 9, 316. Καπιτωλιανὸς γὰρ δὴ ὡς ὄνομα) *Capitolinus Gordian. 15 & Maximin.* 19 rem breuiter complectitur.

p. 318. οἱ δὲ Νομάδες ἀναλαβεῖν τε ἔνυχοι τῷ ἱππεῖ ἄνδρι) Egit de gentibus equitatu præstantibus *Hermannus Hugo milit. equestr.* 2, 2. adde de Numidis *Lipsi. milit. Rom.* 3, 8.

p. 319. ὃν αὐτὸν τε βασιλέως τελευτ.) Id quod ipse iudicauerat satis speciosum mortis genus *supra* 7, 5, 304: ἔν τε γὴρᾳ ἐχάτῳ ἐ πάνυ ἂν δεινὸν νομίζων, εἰ δέοι ὑπὲρ βασιλικῆς ἁρμαῖς τῷ τελευτῆσαι.

7, 10, 321. ἐκ εἰς τὸ σωθῆς σωτέρ.) *Casaubonus* de SCto *tacito* hæc interpretatur. quod supra statim factum *Capitolinus* narrauerat. Pag. præcedente, ἔτι φησὶ μόνος, nisi ἔτι ad ἐνὸς *referas*, ut *sit pro* μέρος, *membro mutilata videbitur periodus.* ait *Sylburgius.*

Μάξιμόν τε τῷ Βαλβῖνον) *Maximus* idem est, qui *Pupienus.* quod ignorasse Capitolinum *Maximini Iunioris fine*, plerique mirantur. semper ergo ὑπὸ λόγου κακοήθειας capiendum est, cum *in Gordiano primo* dicit: *Maximus siue Pupienus*; & *in Gord. Tertio*: *Pupienum siue Maximum* & Clodium Balbinum Augustos appellauit senatus: donec non ferenda in Historico & in re tam facili, ὀψιμαθία, dubitationis nexu se exoluit, *fine Max. & Balbini.* Ceterum de creatis hisce Imperatoribus vid. *Eundem in Max. & Balb.* 1, 2, 3. *& in Gordianis* t. 10 & 22. Vbi & elogia eorum huc pertinentia.

p. 323. ὧν ἡ παιδίον νήπιον τὸ Γορδιανῆ θυγατρὸς πάνυ) De ætate discrepant. vide *Capitol. in Gordian.* 22. Ab initio paginæ, *si πάλαι vitio caret*, inquit Sylburgius, *transpositione facta scribendum videtur*, ἐν ἵππαις τὰ μὲν νεανίας, τὰς τε πάλαι στρατιώτας, οἱ ἐν P. *Vt sensus sit, ad equestris ordinis iuuentutem adscitos fuisse etiam veteranos milites.*

7, 11, 324. μαθόντες ἢ οἱ στρατιῶται) Descripsit hæc vt cetera pleraque (nec enim totiens monere sustineo) *Capitolinus in Gordianis* 22.

p. 326. ἐμφύλιον πόλεμον ἢ ὄλεθρον) Addendum est exemplum *supra* descriptum 1, 12.

7, 12, 328. τοῖς τε στρατιώταις ὑπωχυρῶτο ἀμυνήσειν) Quo tanquam saluberrimo bellorum ciuilium remedio etiam infra truces adhuc dum militum animos sanat Maximus, 8, 7, 357. Egimus eo de argumento *dissertatione peculiari.*

p. 330. ἐκκαλαμιξάντων ἑαυτὸς τοῖς στρατιώταις) Compara licentiam *supra* descriptam occasione prætextuque motus eiuscemodi 7, 7.

IN LIB. VIII.

8, 1, 333. ἐννεαλοφώνους, οὓς βάρβαροι) Inter artes *Agricolæ* refert *Tacitus c.* 35, auxilia hosti oppolita, legiones veluti pro vallo ordinatas, *ingens victoriæ decus citra Romanum sanguinem bellanti, & auxilium si pellerentur.*

ἣν καλέσει ἡμῶν) *Capitolinus in Maxim.* 21; *Hemonam* vocat. *Casaubonus in Herodiano* legendum autumat: ἥμωνα. Vide eius notam ad locum *Capitolini.*

p. 334. ἄπερ ὄρη ὑπερμήκη) Abunde notauimus *supra ad* 2, 11, *p.* 105. Mox, εἰς βάθη μέγιστον ἀπορρωγάδες habent editiones. *Vulgata lexica in huius loci citatione scribunt* ἀπόρρωσας seu ἀπορρᾶσας. *Sed procul dubio vera lectio est*, κρημνὲς εἰς βάθη μέγιστον ἀπορρωγάδες, *præcipitia ingenti altitudine prærupta, seu altissimarum rupium immania præcipitia.* Sylburgius.

8, 2, 335. Ἀκυλήια ὥστις ἐμπόριον Ἰταλίης) *Strabonem* adi *lib.* 5. *Geograph.*

p. 336.

p. 336. μηκέτι τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἢ τειχῶν ἢ ὅπλων φείδ.) Addendus est locus 2, 11, 103.

παρρεῖ) *Meminimus cum Politiano mauult* παραῤῥεῖ, *præterfluit.*

8, 3, 339. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι μαχόμενοι) Vide his similia in oratione Galgaci apud *Tacit. Agric.* 32. *Catilina ap. Sallust.* 58: *Non eadem nobis, & illis necessitudo impendet. Nos pro patria, pro libertate; pro vita certamus: illis superuacuum est pro potentia paucorum pugnare.*

p. 340. Βέλιν ἢ καλοῦσι.) *Capitolinus in Maximin.* 22, *Deum Belenum* vocat: *in Herodiano* legendum non Βέλιν sed Βέλινον *Salmasius* notat. *Apollinem* esse, siue *Solem*, *Herodiano* consentit *Capitolinus.* Vide *de origine* nominis, *deque cultu Dei huius G. I. Voss. theolog. gentil.* 2, 17. & *Ausonii Profess. Burdigal. carm.* 4. itemque 10, *Eliam Vinetum*; & *Iosceph. Scalig. Lect. Auson. lib.* 1 *cap.* 9.

8, 4, 342. Γερμανοὶ ἢ λῃσταί) de quorum peritia natandi *supra* 7, 2, 293.

8, 4, 343. ἅπαξ ὅλῳ καὶλα δίκλινα τεῦν, ἀλλήλοις συνδεθέντα) *Vegetius lib.* 3. *c.* 7: *Nauigeri amnes hastilibus fixis, ac superpositis tabulatis pontes fiunt; vel certe tumultuario opere colligatis manibus cuppis, additisque trabibus transitum præbent.* Vbi *Stewechio* notata vide & *Casauboni ad Capitolin. Maximin.* 22.

p. 344. μηχανάς τε ἔν) periodum hanc vsque ad seq. πολλῶν δὲ, *non habet Schotti msc. agnoscit tamen eam etiam Pol. Versio* Sylburgius.

p. 345. φερομένη ἢ πίσσα σὺν οἷς ἀφεῖτο) *Lipsium in Poliorcetice* vide, vbi abunde exemplorum, de rebus in oppugnantes effusis. Paulo ante λαβὰς ἰσχυρὰς ἔχουσι, *participium* ἔχουσι *agnoscit etiam A. & W. at Pol. ed. omittit, minus r. &c.*; inquit Sylburgius. At ego omissum, non dixerim. quid enim est aliud, *doliis, quorum manubria longiora*, quam *doliis, longiora manubria habentibus?*

8, 5, 347. ἐκέλαζε τὸν πλείστους τῶν ἀγυμνάστων) Intempestiue id quidem, vt recte notat *Capitolinus*: nam seueritas omnis, nedum crudelitas, tali tempore, vbi sola in militibus spes, periculosa est.

ἐκ πολλῆς ἀλλοκοτίας) de quo apparatu instructuque *supra* 8, 2, 337.

p. 348. τὸν στρατὸν δοκοῦσι πολιορκεῖν, αὐτὸν πολιορκεῖσθαι) Familiaris scriptoribus, in tali re sententia, quam *Capitolinus* ex *Herodiano* more suo transtulit.

p. 350. οἱ ἐπὶ τῇ Ῥωμαίων πόλει στρατόπεδοι εἶχον ὑπὸ τὸ καλούμενον ὄρος Ἄλβανὸν) Erant enim præter castra, quæ in vrbe, alia, quæ ad radices montis Albani. Vide *Casaubon. ad Spartian.* p. 130.

8, 6, 353. ἐπελύτυχον Μαξίμῳ αὐτοκράτορε ἀλλήλοις συμβουλεύσαντε ἐν Ῥαβίννῃ) *Capitolin. in Max. & Balb.* 11. *& in Maximin.* 24.

p. 354. ἑκατόμβας ἔθυε) Quid *Hecatombe* sit, describit hac occasione *Capitolinus in Max. & Balb.* 11. vbi *Casaubono* notata vide. in præced. *forte legendum* ὥσπερ ἐκκλησιάζοντες εἰώθεσαν ἐν τοῖδε τῷ χωρίῳ, *vt concionis tempore confluere eo in loco solebant.* Sylburgius.

8, 7, 355. κεφαλὰς ἢ τὰς ὑπὸ συγκλήτου ἠρημένας) Ita mox *cap. seq.* ἡγανάκτει ὅτι ἄρα ἔχοιεν ἐκ συγκλήτου βασιλέας, *indignabantur milites & dedignabantur habere principes a senatu datos.* adde *Capitolin. M. & B.* 12. Mox, πρὸς καὶ δεύτ. ἡμέρας, vox ἡμέρας *abest ab A. & B. ac facile abesse potest, cum in seq. membro exprimatur.* Sylburgius.

p. 356. στρατιωτικὸν ὄρκον, ὃς ἐπὶ τῶ Ῥωμαίων ἀρχῇ σεμνὸν μυστήριον) Diximus de hac re ad *Taciti* 1 A. 7. 1. Sed illa sanctitas quam cito exoleuit in animis militum, si semel impune violari posse animaduerterunt? Hoc loco obseruatu dignum est, quod iusiurandum istud militare non Principi modo, sed & S. P. Q. Romano milites obstringebat.

ὃ δὴ ἐνὸς ἤθους κτῆμα ἡ ἀρχὴ) Vnde *supra* 7, 7, 310. *Romani populi antiquitus imperium.* Similia multa, præsertim in orationibus Principum, apud scriptores historiæ Augustæ, occurrunt: speciosius plerunque, quam sincerius iactata.

p. 357. ἀλλὰ δὴ ἐγὼ πάντων ἀμνήστια) *Capitolinus in Max. & Balb.* 12. Maximus sæpe dixerat apud milites, *obliuionem præteritorum esse debere.*

8, 8, 358.

8, 8, 358. ἠγανάκτησεν ὅτι ἄρα ἔχοιεν ἐκ συσκλήτου βασιλέας) *Capitolinus* refert, præsagisse id Maximum, cum primum ei deferretur imperium. Verba sunt *in Max. & Balb.* 15: *Nec reticendum est, quod Maximus cum & sibi & Balbino deferretur iudicio senatus imperium, ad Balbinum dixisse fertur (vt Herodianus dicit) Quid tu Balbine & ego merebimur, cum hanc tam immanem belluam exitio dederimus? cumque Balbinus dixisset S. P. Q. Romani feruentissimum amorem & orbis terrarum, dixisse fertur Maximus: vereor ne militum odium sentiamus & mortem.* Quod *Herodianum* laudat, frustra est. Siue *ipse* siue *glossatori* hunc errorem tribuimus. *Casaubonus*, in regio codice totam hanc narratiuncuiam Capitolini desiderari, testatur.

p. 359. συνέβαινε γὰρ κατὰ μὲν πάνυ τι ἀλλήλοις ὁμονοεῖν) Vide *Capitolin. in Max. & Balb.* 14. *Zosimus* etiam aliam cædis causam assignat cum *lib.* 1 refert; *insidias in Gordianum iuniorem structas, auctoribus Maximo & Balbino: quibus deprehensis, tum auctores tum conscios periisse.* Confundit, vt arbitror Historiam Philippi cum hac narratione: nisi fors milites ad excusandum parricidium tale quid in vulgus sparserunt.

p. 362. ὁ δὲ Γορδιανὸς) Vide *Capitolinum in Gordiano tertio.*

Animaduersiones
in
Examen versionis Politiani,
quod
HENRICVS STEPHANVS
adornauit.

PRorsus egregie factum est, quod elegantissimus scriptor *Herodianus*, elegantissima interpretatione à *Politiano* in Latinum conuersus est; nec minus præclare cessit, quod *Henricus Stephanus* multa industria, typisque mundissi-

dissimis vtriusque curas publicauit : at quod idem ille doctissimus vir, Politiani versionem, cui similem hactenus in nullo scriptore habemus, tot castigationibus non necessariis in ordinem redigere conatus esti, ego nec ex Græci scriptoris nec ex Latini interpretis merito arbitror accidisse. Effecit equidem tam critica manus, vt dicendum mihi nunc sit, quod, nisi instituti ratio efflagitaret, nollem dictum ; *Henricum Stephanum* tum alibi, tum hic præsertim prodidisse, se minus Latine quam Græce eruditum. Vt taceam, quod de *Politiani* proposito ne vllam quidem videtur cogitationem suscepisse.

Sunt, vt arbitror, non duo, quemadmodum hactenus plerisque placuit, sed tria versionum siue interpretationum genera : *primum* quidem, cum verbis inhærentes, singula singulis siue reddimus siue remetimur, quales pleræque Græcorum scriptorum versiones extant : *alterum*, cum liberius & cum quadam paraphrateos mixtura sensum assequi conamur ; quali industria *Nicolaus Alemannus* Procopii arcanam historiam, *Franciscus Vigerus Eusebii præparat. Euangelicam*, alii alia verterunt : *tertium* genus *Politiano* singulare & proprium liceat dicere. quamuis enim *Generosissimus Baro Enenckelius* mira elegantia Liuiani stili, Thucydidem interpretatus sit ; *Casaubonus* autem Polybium luculenta itidem versione, vterque sane admodum Latine, illustrauerit : malim tamen ad *secundum* genus Casaubonum referre ; *Enenckelium* autem Politiano ita comparare, vt adhuc differat vtriusque studium. Videtur enim vna Politiano cura fuisse, si Latina elegantia posset etiam in versione cum Græca Herodiani venustate certare, adeoque plusquam translationis nomine æstimari. Quod quidem ita illi successit, vt rectissime de Herodiano translato iudicauerit *Ludouicus Viues ; non ab homine Græco videri genitum sed à Latino.* Quam se facile produnt alias translationes ex Græco ? dum partim in Græcis rotundius dictis exprimendis conatus sæpius quam successus apparet, partim tralatitia diligentia ne alio quidem quam qualiscunque interpretationis nomine censeri cupit ; partim in egregiis etiam doctisq; conuersionibus lucta quædam inter genium

Lati-

Latinitatis & explicationem Græcismi animadvertitur. Quibus superatis difficultatibus Politianus talem nobis interpretationem Herodiani dedit, quæ dissociabiles interpretis & eloquentis viri virtutes ita coniungeret, sicuti alias in historia αὐθεντίαν oratoris laudes cum historici officio conspirant. Quod institutum, qui, vt oportet, considerabit æstimabitque, non argutabitur in minutiis; aut tam nobilis consilii rationes ad diuersa & humiliora quasi retrahere audebit.

Sed eamus in rem præsentem, & nonnulla videamus, quæ vitio dare instituit Politiano *H. Stephanus*. In præfatione sui examinis notat illa Procœmii verba (*lib. 1. cap. 1. p. 2* nostræ edit.) δέξη παρέδωκαν ὑπὲρ ἀληθείας μείζονι, non debuisse reddi, *supra veri fidem sustulerunt*: sed *supra verum sustulerunt*. non enim maiora, quam vt credi possint, sed maiora quam reuera erant, intelligi. Vix mihi ipsi credo, cum hæc refero, *Stephanum* ignorasse, *fidem* Latinis præsertim in hac formula, non tarius asseuerare rem; quam assensum credentis significare; vt elegantissime dicam, *supra veri fidem* dictum, quidquid in maius augetur. Ab hoc loco venit ad illum qui 3, 5, 133 legitur: *cogitare instituit Seuerus, quo pacto sibi vniuersum Romanum imperium liberisq; suis bona fide adiudicaret*. Inquit: Illa ipsa vox, *fides* eleganti quidem loquendi genere, sed propter ambiguitatem minime verborum Græcorum interpretationi apto adhibetur. Hoc enim quotusquisque de alia bona fide intelligendum putabit, quam ea quæ iurisconsultis identidem in ore est? Responderem: *omnes* de alia fide & aliter intelligendum putabunt: *omnes*, inquam, qui vel de Latina lingua, vel de negotio aut contextu quidquam intelligent. Neque enim pueris tantum scribuntur versiones; præsertim elegantes: & de Politiani instituto iam diximus: quod longe rectius cepit *Ludouicus Viues*. qui Versionem Politiani cum Græcitate Herodiani comparari voluit, tanquam ad profectum & mutuam illustrationem vtriusque eloquentiæ. Tum autem quæ hæc noua lex interpretandi, *non licere vllam loquendi elegantiam habere, nullam politiorem formulam?* præsertim cum vsus & auctoritas talia vulgaribus nec obscuriora nec magis

magis ambigua esse sinant. Qui profundius ista intelligunt, non minus clare dici sciunt, *bona fide firmatum imperium*, quam *penitus & certo firmatum*. Iuuat hic vox *adiudicandi*: *adiudicare sibi aliquid bona fide*, εἰς ἑαυτὸν μεθοδεύειν καὶ βεβαιοῦν. Nihil potuit elegantius aut aptius: vna vox Latina, duplicis verbi Græci significationi non disconuenit. & adiuncto sibi *bonæ fidei* vocabulo exhaurit rem & connectit. Quinimo, si plane largiremur; *subtilioris aliquid elegantiæ* hic concurrere, quis tamen in tali versione, rarius & tempestiue immiscentibus sese quibusdam Latini labii deliciis, iniquum se præbeat? Ad maiora progreditur, non sine stomacho & tragica verborum seueritate, H. Stephanus. Cum enim *Politianus* lib. 4. cap. 5 pag. 189. illa Historici verba, Μάρκος αὐτὸς φιλοσοφίαν καὶ ἐπιείκειαν σεσωπιάμενος, interpretatus esset, *Marcus ipse, Philosophiæ simulator ac mãsuetudinis*, Censor Interpretis, *vix dixerim*, inquit, *maiorem ne Herodiano an Marco imperatori iniuriam hæc interpretatio faciat*. Nonne antea laudauit Marcum Historicus (ita pergit) quomodo ea laude adimitur hoc loco? At quid hoc ad *Herodianum*? Necesse est, vt dormiat lector, aut prorsus aliud agat, qui hæc ex Historici mente dicta existimet, cum tam aperte Antonino hæc oratio tribuatur. Itaque Herodiano quidem nulla hic potest fieri iniuria. Speciosius est, quod ait: Antoninum loqui apud eos, qui ægre laturi fuissent ademtam Marco debitam laudem: siue potius (non enim videtur recte suæ dubitationis neruum proposuisse *Stephanus*) Antonini proposito parum conuenisse, vt Marcum minus honorifice appellaret. Sed quid dicemus? Possit aliquis referre: qui audet Marcum parricidii nomine innocentem criminari, quidni etiam simulationis cum insimulare audebit? Ego (fatebor enim quod res est) non dubito recte hactenus sentire Stephanum, quod voluerit paulo aliud quam Politiani verba præferunt dicere Antoninus: Marcum, licet in omni actu philosophiæ & mansuetudinis obseruans cuperet videri, tamen non abstinuisse cæde generi: vt vox *simulatoris* plus quam oportet, in sensum scriptoris inferre videatur. interim rursus *excessit medicina modum*, vt ostendimus. ¶ Subiungit locum ex 4, 13, 212. vbi

de

de Antonino; ἀπροσδοκήτως δὲ ἀφυλάκτως ὁ Ἀντωνῖνος ἀπεφάνθη; quod *Politianus* vertit: *de improuiso Antoninus minime defensus occubuit*. prolixe hic agit *Stephanus*, vt substituat, *absque custodia*, *vel remotis custodibus*, quasi ἀδόκητα ἔχων τῶν φυλάκων. Sed profecto nodum in scirpo quærit: Politianus idem dicit, nisi quis ἀφυλάκτως actiue malit sumere, hoc sensu: cum minime sibi cauendum *existimasset Antoninus*, vt ἐπεξηγητικῶς iungi πρὸς προσδοκήτως videatur. ¶ Quod *Politianus in Herod.* 6, 6, 272 non intellexerit, quid sit ἀκροτηριάζειν, frustra suspicatur *Stephanus*. Nimirum quivis vir doctus inspecto contextu valde dubitabit, an cum *Stephano* malit vertere, *milites extremas partes corporis præ frigore amisisse*, quam cum *Politiano hyemis asperitate attritos esse*, quod & illud includere, & ad captum sensumque historiæ haud paulo aptius congruere potest. Non minutiæ verborum captandæ sunt interpreti: sed ad genium casuum euentuumque amplitudinem & propositum historici contextus accommodanda expositio. ¶ *Ex duobus membris vnum* tum hic tum alibi factum esse, in laudibus huius interpretationis haud dubie docte & accurate cogitantes posuerint. ¶ *Lib. 5 cap. 1 p. 223 in Macrini oratione* legimus: οἱ δὲ ἐκ μετρίων πράξεων εἰς τὸ ἐλθόντες, σωφρονοῦσιν ἀνὴρ ὡς παρθένος ἐλήθη. Hæc verba cum longe altius considerasset *Politianus* quàm *Stephanus*, rectissime exposuit: *qui experimento modestiæ ad imperium asciscuntur*, quasi partum labore tuentur. *Stephanus* dum nimia corrigendi cupidine, *mediocres administrationes* intelligi μετρίων πράξεων nomine contendit, non animaduertit, quam parum concinnitatis in sensu, tum autem, quanta sit in ipso contextu pugna. Macrinus ab initio huius orationis dignitatem administrationis, quam hactenus sustinuisset, i. e. præfecturæ prætorii magnifice extulerat, ὡς πολὺ ἐξουσίας δὲ δυνάμεως βασιλικῆς ὑποδεεστέρου, *non multum imperatoria potestate inferiorem* vocans, adeoque sua merita extulerat, vt minime *mediocrium administrationum*, sed summarum auctor cuperet haberi. Quid quod omnis dubitandi occasio est præcisa, dum tories vna repetitur in hac oratione sententia? nempe *ex modestia* i. e. ciuilis industriæ iustitiæque & omni elatione va-

ne va-

ne vacuæ moderationis *merito aſciſcendos principes*. Hoc ſenſu laudat *Macrinus* τὸ πρᾶον & διοικητικὸν τῆς πράξεως, τοῦτο γὰρ τὸ ὡς ἐχρῆν τοῖς ἐπιτηδείοις, *manſuetudinem in geſtis poteſtate adhibitam, propenſosque ad benignitatem mores*. Et quid clarius illa ſententia: ἐπεὶ καὶ τὸ χρηστὸν, ἅμα τῷ θαυμαζόμενον, & τὸ ἐπαινούμενον ἀναφορὰν εἰς αὐτὸ ἅπαν ἔχει τὸ καθῆκον. Denique totus contextus adeo valide tuetur interpretationem Politiani, vt nil niſi leuia grauibus oppoſiturus ſit, qui à Stephani partibus ſtare voluerit. Habuit *Herodianus*, cum iſta ſcriberet, in animo *Ariſtotelis* locum 5 *polit.* 10: καθίστη βασιλεὺς ἐπὶ τῶν ἐπιτηδείων καὶ ἐπιεικῶν ἀρετὴ πράξεων τῶν ἀνδρικῶν. *Iuſtinus* 1, 1, 1 ità extulit: *Reges ad faſtigium maieſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat*. Hanc ſententiam ſolenni imitatione, vt ſic dicam exprimere ſolent, qui Electionem & merita, ſucceſſionis ac natalium iura ἀναβάσεις χάριν præponunt. quod præſertim hoc loco *Macrinus* facit. ¶ *Lib.* 6 *cap.* 2 *p.* 259. interpretatur Politianus: *huiuscemodi literis Alexander perſuaſurum ſe barbaro, metu ſcilicet perterrito, pacem quietemque arbitrabatur. Quibus ille contemptis, remq; armis potius quam verbis gerendam ratus, tum vero ferociſſimus ingruere; decurſaque ac perequitata Meſopotamni &c.* Hæc reformat *Stephanus* ad hunc modum: *Huiuſmodi literis Alexander ſe barbarum exoraturum* (quaſi verò τὸ πείθειν exorare magis quàm perſuadere eſſet) *aut metum inuecturum putabat, qui illi quieſcendi cauſſa foret.* quaſi, εἰς τὸν φόβον τὸ βάρβαρον, ad metum tantum & τὸ φοβηθῆναι, non etiam ad τὸ πεισθῆναι referri debeat. *At ille nihil curans, quæ ſcripta eſſent, remq; armis non verbis gerendam ratus, eo maiore ſtudio ad bellum incumbebat; populans vaſtansque omnia quæ Romanorum erant, decurſ.* &c. Compara vtramque interpretationem cum Græcis. In omnibus manifeſtam elegantiæ rationem, ſine ſententiæ damno, ſecutus eſt Politianus, quæ *Stephanus* decentius enuntiari voluit, proſcriptis elegantiis. niſi in vno forte liberius feciſſe videbitur Politianus, cum illa, εἰκαίως, ἄχαρι τῷ φέρειν τὰ Ῥωμαίων ἅπαντα, orationis filo ſeruiens expreſſit, *tum vero ferociſſimus ingruere*. ¶ *Lib.* 6 *cap.* 5 *p.* 268 legimus: Ἀλέξανδρος δὲ

μὴν

μὲν ἦν, ὡς φάσκω, ἄριστα βεβουλευμένος· ἔσφηλε δ' αὐτοῦ τὴν γνώμην ἡ τύχη. Hæc *Politianus* optime reddit: *Sed hoc Alexandri consilium, etsi longe optimum prima specie videbatur, statim tamen fortuna destituit.* At *Stephanus*; ne Latinè quidem satis: *optimum igitur Alexander consilium iniebat, & quidem putabat: sed eius deliberationem fortuna intercepit.* Quid enim est, *fortuna intercepit deliberationem eius?* Hoc ne factum quidem. &; estne hoc expressum ex Græco? ἔσφηλε αὐτοῦ τὴν γνώμην ἡ τύχη. quando, fortuna omni ratione potentior, salubriter destinata discussit: quando fortuna propositum fefellit, consilium destituit: ¶ *Libri sexti fine*, Herodianus: πάνυ γὰρ ἂν ἡ Ἀλεξάνδρου βασιλεία δόξειεν εἰς τὸ ὁλόκληρον, εἰ μὴ ὀνειδίζοιτο αὐτῷ πρὸς μητρὸς εἰς φιλαργυρίαν τε καὶ μικρολογίαν. Quæ convertit *Politianus* optime: *Quapropter nisi filium mater auara & sordida infamasset; nihil plane desiderari in illius gubernatione imperii potuisset. Stephanus* ita maluit: *Omni igitur ex parte laudatum fuisset Alexandri imperium, nisi mater eius ob auaritiam & sordes male audisset.* cum Græca velint, ipsi Alexandro infamiam attuliſſe, quæ mater per auaritiam peccaret. ¶ *Lib. 7 cap. 3 p.* 295. ἃ γὰρ ἐκείνῳ ὄφελος βαρβάρων ἀναιρεθέντων κτλ. *Politianus* elegantissimè: *Quo enim barbaros interemptos?* &c. Sed non tolerat hanc exquisitam Latinitatem *Stephanus*; & triuiali stilo permutat: *Quid enim proderat, barbaros interimi, si* &c. ¶ *Lib. 7 cap. 5 p.* 301 illa ἄνωθεν κεφυσῶσι πλοῦν κτλ. nitidè & eruditè *Politianus*; frigida periphrasi, *Stephanus* reddidit; omniaque deteriora fecit. ¶ *Lib. 7 cap. 8 p.* 313 & 314, καὶ τὰ μὲν ἀνδρεῖα καὶ σεμνὰ τῶν ἔργων κτλ. latinè, grauiter; & ad mentem Herodiani exprimit *Politianus*, quæ *Stephanus* in metum languorem emendando resoluit: Quam est illud dissolutum: *imperium nostrum; quod est sollers & moderate se gerit*; &c. ¶ *Libri octaui principium*; emendatione; quæ affertur, parum indigebat: ¶ Quid autem opus erat *lib. 8 cap. 8 p.* 358 illa Politiani; *militum tamen ulceroſi animi populares illas acclamationes haud æquis auribus accipiebant; ipsamque illam nobilitatem grauabantur*; permutare his verbis? *milites tamen animis æstuabant*; &

cium illis populi acclamationibus offendebantur, tum vero ipsorum imperatorum nobilitatem grauabantur. Et subinde, ἀπομώπτοντες τὰς ἀπὸ συγκλήτου βασιλέας, Politianus recte convertit, *irridentesque senatorios imperatores.* At Stephanus non videtur cepisse elegantiam sermonis, cum substituit: *per irrisionem vocitantes senatorios imperatores.* ¶ *Locutionem actiuam ab interprete in passiuam mutari,* saluo sensu, & desiderante contextu elegantiore, non ferendum iudicauit Stephanus. qui ne tulit quidem dicentem, *populum Romanum*, pro *Romanis.* ὁμοφύλους, *eiusdem corporis* reddit *Politianus*, imitatione *Liuii*, qui *vnius corporis esse, & sui corporis regem creare* dixerat. sed *Stephanus* mallet vulgatum: *eiusdem nationis seu gentis.* Quod *Politianus* præclare dixerat, *actibus incubare*; *Stephanus* parum memor huius Latinitatis rescribit *frequentissime ius dicere.* Et pro; *Principali pompâ*; *Imperatoriam pompam:* Cuius generis per sunt multa, quæ notari possent, si vellemus hanc dissertationem producere. Non negamus autem aliqua à Politiano aliter reddi & potuisse ac debuisse: sicut etiam *Sylburgius*, cautior & politior *Stephano* criticus, non semel annotauit. ἀφ' ἑαυτοῦ μὲν δὴ ἑαυτοῦ.

INDEX

INDEX
IN
HERODIANVM.

Primus numerus, librum; *Secundus*, caput; *tertius*, paginam notat.

Abgarus Osroënorum rex 3,9,149.
acclamationes Principi factæ φωναὶ βασιλικαὶ, *titulis scilicet principalibus* 2,7,68. populi in nou. Princip. 2,2,68 & 73. Senatus in nou. Pr. 2,3, 69. 5, 2, 234. populi *sua obsequia & studia principi declarantis* 1, 13, 44. 2, 14, 113. 3, 8, 145. 3, 6, 139. *aut excipientis principem* 8, 7, 357. ciuitatum 3, 3, 127. *pro* acclamationibus, diræ in nouum Principem 2, 6, 85. acclamationes populi in occisum tyrannum 2, 2, 66. *etiam in senatu & sitata. exempla obuia sunt in historia Augusta.*
acclamatio militum 2, 10, 102. 2, 13, 109. 5, 8, 251. concionanti facta, index alacritatis 6, 4, 264.
acclamationes imaginibus Principum factæ 8, 6, 350.
Achillis tumulum honorat Antoninus 4, 8, 195. eumque stulte imitatur: *ibid.*
aciei Rom. instructio 4, 15, 216.
Adiabeni 3, 9, 149.
adolescentiæ pericula 1, 4, 9.
adolescentes facile capiuntur illecebris voluptatum 1, 6, 16. facile degenerant 1, 3, 6 & 7.
adoptio ridicula 5, 7, 246.
Adriani neptis Faustina 1, 7, 20.
Adulatores describuntur 1, 6, 15. eorum artes & nequitia in corrumpendis principibus. *ibid.* adde 5, 1, 221. 6, 1, 255. vitia virtutum nominibus celebrant 1, 13, 44. fouent in stigantque discordias principum 3, 10, 154. 3, 13, 167.
Ægeum mare 6, 2, 253.

Æmilianus dux Nigri 3, 2, 122 & 123.
æmulatio imperii 3,2,122 & 123. exitiosa æmulis 8, 8, 359. æmulatio vrbib. seruitutem parit 3, 2, 125. æmulationis muliebris exemplum 6,1,256. *Vide* muliebr.
Æneas Phryx 1.11,35. Veneris & Anchisæ filius 2, 3, 70.
ærarium publicum à Commodo exhaustum 2,7,86. tempore belli apud Principem est 1,6,18. eius opes & distributio 7, 3, 297.
Æsculapii curationes Pergami celebres 4,8,195.
Æthiopica animalia in spectaculis 1, 15, 50.
Afri qui vocentur 7, 5, 304. imbelles 7, 8, 313. cur rebellarint 7,4,298. eorum numen Vrania 5, 6, 242. Africa populosa, præsertim agricolis 7, 4, 299. *Africanus* cognominatur Gordianus 7,5,304.
agmen quadratum 8, 1, 331. agmini & prælio iuxta paratus miles 7,12,330.
agri vacantes *v.* solum.
agricolarum immunitas 2, 4, 76.
ALBINVS à Seuero specie imperii decipitur *Cæsarq;* appellatur 2,15,116 & 117. insidiis frustra appetitur 3, 5. mox bello impugnatur 3, 6. ap. Lugdunum Galliæ vincitur 3, 7, 143. caput eius patibulo Romæ affigitur 3,8,144.
Alexander Macedo Dario regnum ademit 6, 2, 258 & 260. vbi eum vltimo prælio vicerit 3, 4, 130. eius simulacrum æneum *ibid.* successores 6,2,260. vituperantur 1, 3, 6 & 7. eum stulte imitatur Antoninus 4, 8, 194. & imaginibus eius vrbem replet. *ibid.* adde 5,7,246. eius nomen suo permutat Alexianus. *ibid.*
ALEXANDER. (qui Alexianus primo) Mammææ filius 5, 7, 245 & 246. præclare educatur à matre p.247. & ab insidiis Heliogabali custoditur 5, 8,249. amatur à militibus p.250. & supra Heliogab. honoratur pag. 251. mox, eo occiso, imperator fit 6, 1, 253. præclarum ingenium & virtutes ad regnum adfert p. 255. matris auaritiam grauatur, *ibid.* ei tamen nimium obedit p.257. post 13. imperii ann. de motu Persico nuntium accipit 6, 2, 257. legatis & literis frustra eum declinare laborat p.

rat p. 259. expeditionem adornat 6,3,261. concionatus ap. milites p.262 & 263. discedit Roma 6,4, 264. denuo legatis agit cū Persa p. 265. seditiones compescit p. 266. tripertito agmine in hostem ducit 6,5,271. Antiochiæ conualescit p.272. solatur milites donatiuo p.273. Persam nouo apparatu terret & domi retinet. *ibid.* nuntium de motu Germanorum accipit 6, 7,274. profectus eo ad bellum omnia comparat, pacem tamen offert p. 276. *&c.* indignantib. militibus p.278. quorum, & Maximini conspiratione armis petitur 6, 8. frustraque tentata defensione cum matre occiditur 6,9.

Alexander Seuerus. *Vide*, SEVERVS.

Alexandria monumentum victoriæ Alexandri & tropæum 3, 4, 130. conditore Alexandro & deo Sarapide nobilis 4,8,197. sedes imperii destinata Getæ 4, 3, 182. cum Carthagine comparatur 7,6,305.

Alexandrinorum indoles 4, 8, 197. & dicacitas 4, 9, 198.

Alpes fuse describuntur 2, 11, 105. 8, 1, 333. Alpium semitæ *ibid.*

Altinum 8,6,352.

ambitio belli caussa 3,14,167. sub aliis quamuis prætextib. 3, 9, 148 ambitio cæca est 3, 11, 159. ambitionis nota 7,5,304.

amici reorum maiestatis occisi 1, 15, 43. amici occisorum principum omnes tyrannice interfecti 3, 8, 145. 3, 4, 132. 4, 6, 189 *&c.* 6,9,284. 7, 1, 287. amicorum interfectores tyranni 2,1,63.

ἀμνηστία sedandis & sanandis tumultibus promissa aut indulta 5, 4, 235. 7, 12, 328. 8,3,337. 8,7,356. *In plerisq; istis locis notat Senatum anteactorum & impunitatem.*

amphitheatrum 1,15,49.

angustiæ Tauri describuntur 3,3,126.

animalia prodigiosæ figuræ 1,14,45.

anni initium siue Ianuariæ Kalendæ qua festiuitate Romanis celebratæ 1,16, 53.

Annibal Antonino laudatus & statuis honoratus 4, 8, 196.

antidotis se muniunt Principes 1,17,59.

Antigonus Bacchi simia 1, 3,7.
Antiochia salubris cœlo 6, 6,272. sedes imperii destinata Getæ 4,3,182. Laodicenis in seruitutem addicta 3,6,139. Antiocheni φιλόχωροι voluptatibus & festiuitatibus gaudentes 2,7,89. rebus nouis promti 3.1,120. 3,4,129.
antiquitatis studium in Marco imperatore 1,2,4.
Antoninus Marcus. *Vide*, MARCVS.
Antoninus Heliogabalus. *Vide* HELIOG.
ANTONINVS Seuerus SEVERI filius, Bassianus antea dictus, dissidet cum fratre Geta 3,10,153. Plautiani filiam, sponte patris, uxorem ducit p. 154. socero & vxori iuxta infensus p. 155. socerum rerum nouarum coniectum interfici iubet 3, 12, 164. cum patre bellum Britannicum administrat 3,14,170. patri fratrique insidiatur 3, 15, 171. post mortem patris cum fratre fictam concordiam init 3, 15, 173. dissidiis tamen in ipso reditu & itinere recrudescentibus 4,1,175. quæ cum mox glisceret 4,3,180. de diuidendo imperio cum fratre agitat 4, 3, 182. denique post mutuas insidias fratrem in matris gremio occidit 4, 4, 184 & 185. à militibus deceptis solus imperator declaratur 4, 4, 187. in senatu orationem habet de parricidio suo 4, 5. in fratris amicos, domesticos, aliosque atrociter sæuit 4, 6, 190. etiam in virgines Vestales, in populum p. 191. mox vrbem perosus ap. Germanos militiæ laudem colligit 4, 7, 192 & 193. in Thracia Alexandrum stolide imitatur 4, 8, 194. quæ Illi egerit p. 195. Syllam & Hannibalem laudat p. 196. Alexandriæ magnifice excipitur p. 197. Sed iratus ciuitati ob quædam dicteria structa fraude ingentem stragem edit 4,9. Artabanum spe affinitatis deceptum 4,10. inopina clade multat 4,11. victoriam litteris iactitans p. 206. Macrinum prætorii præf. in se concitat 4,12, 207. qui Martialem Antonino percussorem subornat 4, 13, 210. à quo occiditur p. 211.
Apollinem suum *Belem* vocant Aquileienses 8,3,339.
appellationes illustriores, quas

quas virtus, quam quas natura dedit 1,5,12.
Apoplexia intemperantes facile obruit 2,1,61 2,2,67.
Ἀποθέωσις imperatorum 4,2. hinc formula, qua Principem dicunt εἰς ἄρχοντα καὶ θεὸν ἀναπεχωρηκέναι 8,6, 350.
Aquileia describitur 8,2,334. ad obsidionem ferendam se comparat p. 335 & 336. obsidenti Maximino acriter restitit 8, 4 & 5.
aquila emissa è rogo, symbolum consecrationis 4, 2, 180.
Arabia felix laudata 3,9,149.
arx in finib. Italiæ, βαρβαρικοῖς 7,12,330.
arborum amœnitas & series circa Aquileiam 8,4,342.
aristeum 2,1,61.
Ἀφιγκεφάλια per simulacrum imperii promissa à nouis Principibus 2,3, 73. 2,14, 114. 5, 1, 22. & 223. 6,1,253.
arma Italis ademta 2, 11, 103. non opus iis habent Italiæ ciuitates 8,2,335. arma fabricari à Romanis didicerunt barbari 3,4,132. arma vndecunque correpta 7,11,326. tumultuaria bello inutilia 7,9,318.
armamentaria Romæ quomodo instructa 7,11,323.
Armeniæ montes 6, 5, 268. Seuero se iungit Armenia 3,9, 149. subiecta Romanis 7,2,291.
Arsaces Macedonum imperio abstrahit barbaros 6, 2,260. ab hoc Parthorum reges *ibid.*
Artabanus Parth. rex à Seuero oppressus 3,9,152.
Artabanus magnus rex duplicique diademate vsus 6,2, 257. ab Antonino per summum scelus deceptus 4, 10. maleque multatus est. 4, 11. quam stragem vlturus per triduum cum Rom. pugnat 4, 14 & 15. donec comperto fine Antonini pacem facit p. 220
Artaxerxes Pers. rex Romanis bellum mouet 6, 2 257.
Asiam & Europam natura ipsa discreuit 4,3,182.
Astroarche à Phœnicibus Luna vocata 5,6, 242. & not. eius simulacrum. *ibid.*
Atræ, Atrenorum caput, obsessæ à Seuero 3, 9, 149. nec captæ p. 150.
auaritia publice inusta 1,12, 39. 6, 9, 283. auaritia Seueri incomparabilis 3, 8, 147. crudelitatis causa est, *ibid.* auaritia tyrannidis 7, 3, 295. auaritia priuatim sibi tendit sub publico

blico prætexru 6, 1, 256.
auctoritas quomodo paranda duci 2, 11, 102.
audaciæ seditiosæ πάθος describitur 1, 10, 32. *item* audaciæ desperatæ 1, 17, 58. *Vide* desper. audacia est, parua occasione res magnas aggredi 2, 8, 96.
Audentius præf. præt. 4, 12, 207, & *not.* principatum sibi oblatum respuit 4, 14. 213.
Augustus monarchiam inchoauit 1, 1, 2. exercitus tuendo imperio destinauit 2, 11, 103. eius res aduersus Anton. & ceteros gestæ cum Seueri bell. comparatæ 5, 7, 143. eius de Persis victoria 6, 2, 259. quomodo Aaronii victi liberos tractauerit 3, 13, 165.
Augusti salutabantur noui imperatores 2, 2, 68. 2, 3, 69. 2, 8, 91. 2, 10, 102. 6, 6, 244. 7, 5, 304. 7, 7, 309. *hinc* augustorum honores 2, 12, 108. 5, 2, 224.
